1 mę. † q dic br, quod in possessore hęreditatis, quo ad fructus idem per omnia, q in possessore rei singularis, qui conuenitur rei vẽdi catione, pterquam in duobus. primo: quia in possessore hæredi tatis vbicunque tenetur ad fructus restituendos, cõuenit petitio ne hęreditatis, quę est una, & eadem cum illa, quę proponit pro omnib. reb. hæreditarijs, siue fructus extent, siue non: sed in pos sessore rei singularis, qui conuenitur rei uendicatione nõ est ita. Nam interdum conuenitur ad fructus rei vẽdicatione, q̃ est di uersa ab illa, q̃ proponitur p re ipsa. ut dicit hęc gl. no. Adde tñ quod no. per Cy. C. si quis alteri, uel sibi. l. cũ ppria. interdum ve ro conuenitur ad fructus officiu iudicis: ut etiam dicit hęc glos. quod est intelligendum, si sunt percepti post li. contest. ut l. ędi les. §. item sciendum. de ædil. edict. interdum conuenitur condi ctione sine causa. interdum condictione ex l. si & me, & Titiũ. j. si cer. pe. de quibus omnibus, dic ut no. per Pet. & Cy. in l. si cer tum. C. de rei uend. & dicam eo. ti. l. & ex diuerso. infra. Secundo differunt: quia bonæfidei possessor hæreditatis tenetur ad quo scunque fructus perceptos etiam industriales, licet sint consum pti,

pti,dum tamen sit factus locupletior.vt ǰ.eo.l.illud.§.prædo.&
ǰ.ea.l §.eos autẽ.Sed bonæfidei possessor rei singularis,qui con-
uenitur rei vendicatione, non tenetur restituere fructus indu-
striales consumptos,licèt ex illis sit factus locupletior: quia illos
lucratur pro cultura.& cura,vt Inst.de re.di. §.si quis a non do-
mino.& ibi no.de off.iud. circa prin. Sed Bart.in l.& ex diuerso.
commuoem opin.tenet,ꝙ idem sit in isto,quod in possessore hæ
reditatis,vt teneatur, si est factus locupletior. per d.l.si & me, &
Titium.si cer.pet. Item,& potest esse tertia differentia: quia bo
næfidei possessor hæreditatis tenetur ad fructus perceptos post
motam controuersiam, vt ǰ.e.l.sed si l. § si ante lit. sed possessor
rei singularis tenetur tantum ad perceptos post lit.contest.licèt
alij dicant,ꝙ etiam teneatur post motam cõtrouersiam. de qui-
bus omnibus dicam plenius in d.l.& ex diuerso.io omnibus au-
tem aliis,dicas idem in vno,quod in alio.

1 *Actio subrogata,an semper eius naturam in cuius locum subrogatur sapiat. Et qualiter id sit intelligendum.*

§.Cum prædiximus. Quãdo vna actio deuol-
uitur in aliam, iotelligit̃
deuolui secundum eius primæuam naturam, & qualitatem, nõ
secundum accidentalem.h.d.multum no.secuodum Bar.de hoc
no.per glo.in l.certi condictio.in prin.in gl.mag. ǰ si cer. pet. &
sic limitatur hic regula,quę traditur in l.si eum.§.qui iniuriatur.
1 si quis cautio.ſ ꝙ † actio subrogata sapit naturam eius, in cuius
locum subrogatur. Nam illud est verum de natura primæua, &
originali. non de extrinseca qualitate. Item limitatur l.diuer-
tio.ſ.de nego.gest.vbi ponitur, quando vna actio deuoluitur in
aliam.facit l.j. infra de in litem iuran.

1 *Lis contestari,an super actione iudicati debeat. Et quid in iudicis officio super sententia executione.*
2 *Actio iudicati cuius effectus sit.*

§.Idem recte. Quando vnum est in obligatione, &
aliud ĩ solutione ex dispositione l tũc
facultas soluendi permittitur, quoad super actione iudicati lis
contesta.h.d.Bar.& non est alibi secundum gl. si autem sit aliud
in solutione ex dispositione cootrahentium: tunc permittitur,
cum lis est contestata super ipsa actione.vt l.si ita stipulatus fue-
ro ao.in melle.ǰ.de sol. Si vero ex dispositione testõis vide Bar.
1 in l.si quando.§.hæres.de leg.i.† Item allegat,ꝙ super actione iu
dicati lis contestatur, secus in officio iud. quod proponitur pro
executione. nam illud habet executionem paratam. & ideo fa-
tuus est,qui hoc prætermisso actionem iudicati intentat. vt no.
ſ.de iud.l.si prætor.§.fi.& de min.l.si iud.circumuento. & est glo.
2 ord.in l.siue.§ j.de excep rei iud.& † de quo prosit, vel operetur
actio iudicati, vide per Roff. in libellis suis in titu. de actione in
factum, quæ datur pro re iud. pro quo l. si quis missus. ǰ. ne vis
fiat ei. Paulus.

1 *Electus,an appellatione dignitatis ad quam electus est nominari possit.*
2 *Electus in canonicum vltra numerum præbendamque expectans,an in capitulo vocem habeat.*
3 *Constitutio facta à quibus denominationem sumat.*
4 *Proponendum longe prius quod statuendum est, quàm statuatur.*

§.Præter hæc. Hic est quarta pars tituli ĩ qua ampliat̃
materia pet.hæreditatis,& recitatur se-
natusconsultum super ea factum, & durat vsque ad l.siue bonæfi
de.§.j & duo facit.nam primo ponuntur verba senatusconsult.
secundo ponuntur eius interpretationes. Secunda incipit in §.
aptanda. Item prima diuiditur in tres partes. Nam primo ponit̃
prologus: secundo ponuntur nomina illorum, qui senatusc.fe
cerũt.tertio ponuntur verba ipsius senatuscon.Secunda ibi,pri-
die tertia ibi,cũ antequam. Item tertia subdiuiditur in quatuor.
Nam primo loquitur de bonæfidei possessore, qui res hæredita-
rias vendidit ante motam sibi controuersiam, & pretium habet
penes se,secũdo de possessore malæfidei. tertio de possessore bo-
næfidei,qui pretium consumpsit. quarto declarat vnum dubiũ.
secunda ibi,item eos.tertia ibi,eos autem.quarta ibi,petitam au
tem. Et h.d.bonæfidei possessor tenetur in quantum factus est lo
cupletior, malæfidei verò a principio. vel redactus ad malam fi
dem,tenetur insolidum de perceptis, & percipiẽdis: & hæc non
solum in publicis,sed in priuatis petitoribus locum babent. Et
petita qualitercunque sint petita. h. d. vsque ad l.si possessor.se-
cundum Iac.de Butri.Sed istud summarium est nimis confusum.
ideo dic, ꝙ vsque ad §.aptanda. ponuntur verba senatusconsul.
super hac materia facti.in quo inter alia quinque cauent primo,
ꝙ bonæfidei possessor,qui rem alienauit ante motam cõtrouer-
siam,non tenetur ad vsuras pretij percepti. Secũdo,ꝙ ad ipsum
pretium perceptũ tenetur,si habet penes se. Tertio,ꝙ bonæfidei
possessor qui pretiũ consumpsit, tenetur quatenus factus est lo-
cupletior. Quarto,ꝙ malæfidei possessor qui pretiũ consumpsit,
ad ipsum omnimodo tenetur. Quinto,quod colligitur in versi.
cum antequam.a cõtrario sensu, ꝙ bonæfidei possessor post mo
tam controuersiam tenetur ad vsuras pretij. Sexto,ꝙ tunc dicit̃
controuersia mota,cum fuit denunciatum possessori literis,vel
edictis. hoc dicit. In versic.pridie. nota, ꝙ nominantur hic qua-
tuor consules.& gl dicit,ꝙ duo erant in officio, & alij duo erãt
electi, vt intrarent officium finito tempore ipsorum, vt no.in l.
Publius. de condit. & demon. & tamen hic omnes appellantur
consules. Ext quo nn.quatuor. Primo,ꝙ syndici,vel priores ele-
cti possunt dici syndici,vel priores,etiam anteq̃ intrarent officiũ.
Ad hoc facit,quia pro cincto habetur,qui proximus est cingi.ut
l.ex co.de test.mil.facit l.i.ǰ.de bon.poss quæ ex testõ mil.non in
habent administrationẽ in actu,sed in habitu vt l 3.§.fin.de off.
procons.Secundo oo.ꝙ non obstan. ꝙ nõ habeant administra-
tionem in actu,tamen vocantur,quando agitur de aliqua con-
stitutione fienda.& hoc, vt sit magis valida. facit l.in cõcedẽdo.
& l.in diem.ǰ.de aqua plu.arcen. Et facit in arg.ꝙ priores vete-
2 tes debeãt vocare nouos,cũ volunt aliquid facere. Tertio † no.
arg.ꝙ receptus in caoonicum vltra numerum,& expectans præ-
bendam habet vocem in capitulo.secundum Cyn.& Bald.& dic
de hoc,vt plene per Inno.& Compost.in c.cum M.Ferrariensis.
3 de constitu.Item † no.quarto,ꝙ constitutio denominatur ab il-
lis,qui præsunt. nam hic senatusconsultum fuit factum in sena-
tu,in quo erant centum numero: vt l.fin.in prin.C.eo.& ibi no.
& tamen dicitur factũ in consulibus: vt hic patet: & sic est arg.
ꝙ si fiat statutum aliquod per populum, non debeant ibi poni,
nisi nomina præsidentium.l.priorum, vel syndicorum. facit l.j.
ǰ.de albo scriben.& quod ibi notatur per Bar. & quod no.in c.fi.
4 de proemia. Vltimo † no ꝙ per plures dies ante fienda est propo
sitio, ad deliberandum. quid sit statuendum, nam hic princeps
proposuit quinto nonas Martij, & responsio, & statutum facta
fuerunt pridie eiusdem Martij.j.15 die. Item habes hic,ꝙ vocat̃
senatusconsultum,licèt princeps interfuerit,& dederit causam
constitutioni. & est ratio. quia non ipse princeps statuit,sed se-
natores,qui habebant potestatem l.condendæ. vt oo.ſ.de legi.l.
oon ambigitur. Paulus.

1 *Hæreditatis petitione venire quæ in fiscum deferuntur.*
2 *Iura in hæreditate disponentia, vt pretium rei loco succedat, item quòd post motam controuersiam possessor malæfidei efficiatur, etiam locum in qualibet iuris vniuersitate habere.*

§.Aptanda est. Hic incipiunt interpretationes ver-
borum senatusconsulti. & diuiditur
ista pars in tres partes. Nam primo exponit,quod dixerat de bo-
næfidei possessore, qui habet penes se pretiũ.l.in versiculo. cum
antequam.vsque ad versiculum item eos.secundo,quod dixit in
versic.item eos.de malæfidei possessore. tertio quod dixit. in ver.
eos autem.de bonæfidei possessore,qui pretium consumpsit pri-
ma durat ab isto §.vsque ad l.sed & si.l §.quod autem. licèt aliqd
incidenter immisceatur de possessore malefidei, secunda durat
ab illo §.quod autem.vsque ad §.consuluit. tertia ibi,vsque ad l.
siue bonæfidei.§.1. & h.d.senatusconsultum quod loquitur, qñ
petitur pars hæreditatis ex causa caduci per fiscũ locum habet,
etiam si petatur tota.Item & ex quacunque causa petatur. Item
cum petitur per ciuitatem. vel alium priuatum hominem. item
non solum cum petitur hæreditas, sed etiam quodlibet vniuer-
1 sale.h. usque ad § petitam. Nota,† ꝙ bona. quæ deferuntur in
fiscum petuntur petit. hæreditatis: alias nõ cõgrue poneretur
in hoc titulo.quod est uerum,quando deferuntur in fiscum per
mortem alterius,vt quia sint caduca,uel uacãtia: licèt fiscus nõ
possit tunc dici propriè hæres, sed successor bonorum, ut no. in
l.inter eos. in fi de fideiuss.& l.si constan.§.fin sol.mat. tamen agit
peti.hæreditatis,quod est mirabile. ut no.per Bart.in l.in cogni-
tione.infra ad Silla.& l.j.C.de his quibus ut indig. Si uero petan
tur propter delictum alterius, & sic in eius uita, nõ petũtur hac
actione,sed rei uendicatione,uel aliis remediis iuris, ut C. de iu.
2 fisci.l.defensionis facultas,lib. 10. & ibi no.per Barto. Item † no.
in uersic. Non solum, ꝙ iura quæ loquuntur in hæreditate, ut
pretium succedat loco rei: Item,ꝙ post motam controuersiam
possessor efficiatur malefidei,locum habent io qualibet uniuer
sitate iuris,puta peculij, uel dotis,quod tene menti perpetuo.&
adde gl.no.infra de impen.l.quod dicitur. Idem si peteretur ca-
strum cum pertinentiis,ut beneficium.ut no.per Innoc.in c.cun
ctis.de concess.pręben.lib.6.& per Bart.in l.si post lit.intra de ex-
cept.& omnia iura,quæ locum habent in peti.hæredita. habent
locum in istis.quod alibi nooita bene inuenies.

1 *Denunciatio sola in hæreditatis petitione, quem in mala fide constituit.*
2 *Denunciatio ei qui verè scit,num sit necessaria.*
3 *Veritas fictionem absorbet.*
4 *Denunciatio procuratori facta,an quem in mala fide constituat.*
5 *Procurator & si verè contumax sit,nõ tamen domino appellandi remedium aufert.*

§.Petitam autem. Hic exponit, ꝙ in senatuscon-
sulto colligitur a contrario sen
su.i.ꝙ hæres bonæfidei,qui iam uendidit res hæreditarias, & pre-
tium percepit post motam cõtrouersiam super pretio,teneatur
ad usura

ad usuras quæritur qualiter dicatur mota controuersia, & hære-
ditas petita. & hoc exponitur hic. & h.d. per solam denuntiatio-
nem a quocunque factam uñ hæreditas petita, & mota contro-
uersia, ut ex illa sola constituatur in mala fide iuris præsumptio-
ne. Item ubi uerè est in mala fide, quia scit hæreditatem ad se nõ
pertinere, non requiritur denuntiatio. Item sola denũciatio nõ
sufficit, nisi peruenerit ad notitiam possessoris. hoc dicit usq; ad
1 §. cæterum, & semper alleg. dicta huius §. No. † ergo, q̃ in petit.
hæreditatis sola denuntiatio constituit quem in mala fide iuris
præsumptione. quod intellige etiam, si ille cui fit, nõ credat de-
nunciationi, & sic remaneat in prima opinione credendo ad se
pertinere. Si autem denuntiationi crederet, tunc non esset du-
bium, & in hoc est differentia inter rei uendicationem, & hãc
actionẽ: quia in rei uendicatione per solam denuntiationẽ fa-
ctam extra iudicium, ille qui fuit semel bonæfidei, non efficitur
malæfidei iuris præsumptione, nisi denũciationi credat, ut pro-
batur in l. aliena. ȷ̃. pro empt. sed requiritur litis cõtestatio. ut l.
2 qui scit. § si ȷ̃. de usur. Item no. † quod in uere sciente, non requi-
ritur denunciatio. nam cum denunciatio fiat ad inducendum
malam fidem præsumptam, & in sciente sit mala fides uera, non
3 requiritur ficta, uel præsumpta, quia † ueritas absorbet fictionẽ,
ut l. filiam quam pater. infra de liber. & posthum. Item hoc uerũ,
q̃ñ denunciatio non fit, nisi ad inducendum malã fidem, ut hic.
& l. j. in fi. de act. empt. Si autem fieret propter alios effectus, ut
puta, quod quis ueniat ad iudicium uel mittat, alias incidet in
pœnam, non sufficit scire, sed requiritur denũciatio, ut infra de
adult. l. denuntiasse. & l. j. §. j. infra de lib. ag. de quo dic, vt d. l. de-
4 nuntiasse. per Bar. Vltimo † no. quod denuntiatio facta procu-
ratori non constituit quem in mala fide, nisi deuenerit ad eius no
titiam. per quod determinat Pet. in l. 2. C. vbi in rem actio quod si
possidens alieno nomine conuentus nominat dominum in iu-
dicio, quo casu est fienda domino denuntiatio, vt si non veniat
habeatur lis pro contestata, dicit ipse, quòd talis denuncia-
tio non est committenda ipsi reo conuento, quia periculum
esset. nam si non denuntiaret, non valeret processus in præiudi
cium domini. arg. hic, & ideo cautè faciet actor, si denuntiet. per
se, vel faciet denuntiari per iudicem. Item ex hoc determinat In-
5 noc. In c. j. vt lit. non cont. quod † licèt procurator sit verus con-
tumax, tamen nõ aufertur domino beneficium appellandi: quia
non censetur ipse propterea contumax verus, cum vera contu-
macia requirat dolum, & veram scientiam, vt l. ex consensu. in fi.
de appella. quam scientiam non censetur habere per citationem
procuratoris. adde no. plenè per Bart. in l. non solũ. § morte. ȷ̃.
de ope. no. nuntia. Paulus.

§. Cæterum. Quæ supra dicta sunt. l. vt possessor q̃ post
motam controuersiam, vendidit res hæ-
reditarias conueniatur ad pretium, & etiam ad vsuras, locum ha
bent in bonæfidei possessore, sed malæfidei possessor rem hædita-
riam vendens potest conueniri ad rem ipsam cum fructibus, epi
stola vero Imperatoris, quæ dicit, q̃ etiam malæfidei possessor
vendens conueniatur ad pretium, & nõ ad res, locum habet cũ
vendit res inutiles hæreditatis, quo casu non conuenitur ad res,
sed ad pretium. Si verò vendidit res vtiles, tunc loquitur senatus-
consultum. quo casu est in electione actoris, vtrũ petat res ven-
ditas, vel pretium cum vsuris post motam controuersiam. Itẽ q̃d
dictum est in eo, qui se hæredem esse existimat, locum habet etiã
si se existimet bonorum possessorem, vel alium iustum successo-
rem hoc dicit vsque ad l. si possessor de materia huius §. cæterum.
dic, vt l. si possessor. idem. l. ut teneatur ad pretium. Et aduerte
quia ille versiculus, vt sit in arbitrio põt referri ad id quod pro-
xi. dicit de illo: qui vendidit res inutiles, & onerosas hæreditatis,
vt tunc sit in arbitrio actoris. an petat pretium, uel res, & iste in-
tellectus tunc est verus, quando vendidit res illas post motam
controuersiam, & sciebat hæreditatem ad se nõ pertinere. Et ita
intelligitur l. possessor. versiculo quod si fortè. si autem vẽderet
ante motam controuersiam. tunc non posset conueniri ad rem,
sed ad pretium, quia vendere voluit vt l. nisi. §. j. infra codem. Se-
cundo potest referri ad principium §. cæterum. l. quando ven-
didit res vtiles, vt tunc licèt possint ipsæ res peti, vt ibi, tamen &
pretium cum vsuris potest, si hoc velit actor, vt hic, & infra eo. l.
in æstimationibus. & hunc intellectum sentit glossella, quæ in-
cipit scilicet alius. de his duobus intellectibus habetur in l. si pos-
sessor. in glo. sed si strictè. Paulus.

L E X XXIII.

1 *Pecunia hæreditaria quotuplex esse dicatur. Et quando redacta censenda sit.*

SI possessor. Possessor hæreditatis non tenetur ad
vsuras pecuniæ in hæreditate inuẽtæ,
nisi eam attingat. hoc primo. Item pecunia dicitur ex re-
bus hæreditariis redacta, quæ potest exigi: licèt nondum
sit exacta. hoc dicit vsque ad §. q̃ si post petitam. Et distingue
1 tres casus. Nam † quædam est pecunia hæreditaria, & in hære-
ditate inuenta, & ad vsuras illius non tenetur possessor, nisi eam
attingat, etiam si sit malæfidei, & etiam post lit. contestat. vt hic.
quædam est pecunia ex rebus hæreditariis redacta, & ad vsuras
illius tenetur possessor, si est malæfidei verè, uel fictè per motio-
nem controuersiæ, ut supra in proxi. §. petitam. nam hoc ipso, q̃
redigi, attigit. & dicitur redacta, quæ potuit exigi, ut hic, quod est
notandum. Nam etiam tunc puto, q̃ ad vsuras teneatur, & ista
est mens uersiculi redactæ. quod est uerum, si nõ obtulit cessio-
nẽ. aliàs ex illo solo liberatur: si tempore uenditionis esset bo-
næfidei. Quædam est pecunia redacta ex fructibus hæreditariis,
& de hac dic, ut infra eo. l. hæres furiosi. §. fi. Paulus.

1 *Controuersia bonæfidei possessorem an in mala fide constituat, & quatenus.*
2 *Venditor rei hæreditariæ ad quid conueniri possit, ad pretium ne, an verò ad rem ipsam.*
3 *Hæreditatis petitionem bonæfidei esse, rei vend. stricti iuris.*

§. Quod si post peti. Si malæfidei possessor res
hæreditarias vendidit post
motam controuersiam, potest ad ipsas res cõueniri, etiam si res
illæ erant tempore perituræ, potest tamen petitor exigere pre-
tium cum usuris si uult, hoc dicit s̃m unum intellectum. Si aũt
venderet ante motam controuersiam, tunc si res erant steriles,
uel tempore perituræ, non potest conueniri ad res, sed ad pretiũ,
ut supra l. proxi. circa finem, ibi sed Imperator &c. idẽ esset post
1 motam controuersiam, si possessor erat bonæfidei, quia † cõtro-
uersia non facit eum malæfidei, quo ad hoc, cum de necessitate
uendat. ut ȷ̃. e. l. nisi. § 1. & ita tenet glo. mag. hic. in fi. quam no. Et
aduerte pro ipsius declaratione, quia format §. contraria. Prima
duo de l. in æstimationibus. & de l. Item si uerberantem. tendũt
ad illud, quod hic dicitur de usuris. nam uidetur, quod non ue-
niant, ut dictis iuribus. Tertium contrarium quod incipit ibi,
sed non ur̃. Quòd hic §. tendit ad illũ quod hic dr̃ posse peti pre-
tium. Nam uidetur, quòd non, sed ipsæ res debeant peti. Quartũ
contrariũ incipit ibi, quare enim. Et quintum quod incipit ibi,
circa fi. sed & si res. & quod duo tẽdunt ecõtra ad id quod hic dr̃
esse in electione actoris petere pretium, & sic si non uult põt res
petere. certè immo uidetur, q̃ non, sed pretium tantum. quod
est contra ad præcedens contrarium. Distingue igitur pro de-
2 claratione gl. ũ † quæritur, si possessor qui uendidit debeat con-
ueniri ad pretium, uel ad res. Item si conuenitur ad pretium, an
ueniat. pretium uerum, uel perceptum: item an ueniãt usuræ,
uel non. Dic q̃ aut uendidit ex necessitate: uel ex uoluntate. si
quidem ex uoluntate, tunc aut erat malæfidei uerè, uel fictè post
motam controuersiam, & tunc quatuor sunt cõtra eum. primo
quia potest conueniri ad ipsas res uenditas. quæ si extant, & nõ
restituantur, iuratur in litem, ut infra ea. l. § fin. & In primo dicto
huius §. & uersi. l. proxi. §. similique modo. Secũdo quia si actor
uult, potest petere pretium perceptum, si plus uendidit, q̃ ualet.
Nam etiam bonæfidei possessor potest ad hoc conueniri, ut infra
eod. l. utrum. ergo, & malæfidei, ne sit melioris conditionis, &
hoc tenet hic gl. & infra ea. l. §. fi. & est casus infra eod. l. si rem, &
pretium l. si a non domino. §. si dolo. secundum intellectum gl.
Tertium est, quod est contra eum, quia si minus uendidit, q̃ ua-
leret, si actor uult pretium, tenetur ad pretium uerum, ut d. §. fi.
infra ead. l. Quartum est, quia tenetur ad usuras pretij, ut supra l.
proxi. §. pen. uersi. ut sit in arbitrio. & quod ibi dicitur, post mo
tam controuersiam, intelligitur hoc ipso mota, quod est malæfi-
dei, ut in ead. l. §. petitam. Si uerò sit bonæfidei, & uendidit ante
motam controuersiam, tunc non tenetur, nisi ad pretium per-
ceptum, & si est consumptum, quatenus est locupletior. §. idem
placere. & §. eos. mota uero controuersia propter factam uendi-
tionem tenetur etiam ad usuras pretij, ut §. petitam. Secundo
casu quando uendit ex necessitate, tũc distingue tres casus. Aut
fuit necessitas ex parte personæ, aut ex parte hæreditatis, aut ex
parte rei uenditæ tantum. Primo casu tria sunt pro uẽdente pri-
mum, quia etiam si uendidit post motam cõtrouersiam, non po
test conueniri ad res, sed ad pretium. Secundum, quia non con-
uenitur, nisi ad pretium perceptum: etiam si plus ualebat, ideo
quia non potuit plus uendere. Tertium est, quia non tenetur ad
usuras illius pretij, hoc etiã probatur in l. in æstimationibus. in
fi. infra e. Et hæc sunt uera, si uendens erat bonæfidei, uerè, nam
per motionem controuersiæ quo ad hoc, efficitur malæfidei, ut
ibi probatur, quod est notandum. Si esset malæfidei uerè, tũc in
nullo istorum excusatur, quia talis necessitas, non uidetur neces-
sitas. cum sciat onus sibi iunctum non ualere. unde tunc dic idẽ
per oĩa, quod dixi s̃. in malæfidei possessore, nisi alia necessitas.
de qua statim dicam. Interdum uẽdit ex necessitate hæreditatis,
ut propter æs alienum, & tunc excusatur in duobus tantum, pri
mo quia non conuenitur ad res: sed ad pretium. secundo, quia
non tenet̃ ad usuras ipsius pretij, ut patet supra. proxi. §. similiq;
modo. in fi. ibi non amplius &c. In tertio uero non excusatur. i.
in quantitate pretij, quia si uendidit minus quam ualebat, tene-
tur ad uerum pretium, ut ibi no. glo. expressè. Nam talis neces-
sitas non cogebat eum ad uendendum minus quàm ualebat, li-
cèt cogeret ad uendendum. Tertio casu, quando uendit ex ne-
cessi-

cessitate rei venditæ, vt quia erat tempore peritura, tunc aut vē
didit ante motam controuersiam & excusatur in vno tm̃, s. quia
non tenetur ad res, sed pretium, vt s̃. l. proxi. §. pen. ibi, sed Impera
torem &c. Secundo in alijs duobus non. Nam tenetur ad verum
pretium, si minus vendidit, q̃ valet, vt ibi probatur in ver. vt sibi.
inquantum refertur ad proxi. præceden. vt ibi dixi. Si vero ven-
didit post motam controuersiam: & tunc, aut erat malæfidei ve-
re, & tunc in illo excusatur. nam potest conueniri ad res, item ad
precium, & vsuras, si petitor vult, & iste est casus hic. Si verò
non erat verè malæfidei: tunc adhuc excusatur in vno, quia non
tenetur ad res, sed ad precium: sed in alijs duob. non, ut hic tenet
a gl. circa fi. per l. nisi §. 1. j. eo. quod no. hæc † vera in petitione hær.
quæ est bonæfidei: vt C. eo. l. fi. in fi. Et sic veniũt vsuræ ex mora:
vt l. quia tantundem de neg. gest. secus in rei uend. quæ est stricti
iuris, vnde non veniunt vsuræ pretij, vt l. item si verberatum. §. 1.
de rei vend. & C. de cond. ind. l. 1. & ibi notatur.

§. Ait senatus. Hic incipit exponere secundam partē senatusc. quæ ponit in §. idem placere. vsq. ad hũc §. Et durant expositiones usque ad l. sed & si. l. §. 1. &
h. d. Bonæfidei possessor tenetur ad pretium redactum de rebus
hæreditarijs, si iam exegit. vel ad cedendum actiones si nondum
exegit, & ex iusta cã restitutur, & si nihil penes eum remansit, non
tenetur. nec etiam tenetur ad restituendum indebitum, quod
exegit. nec quod soluit imputare potest. Item si rem quam vendi
dit redimit restituto pretio non tenetur, nisi ad ipsam rem, præ-
stita tamen sibi cautione de indemnitate, si propter redemptio-
nem obligauit. h. d. vsq. ad §. restituere.

5 *Deperdita quæ dicantur, & quæ diminuta.*
a *Iurari in litem ob dolum præteritum non solet.*

§. Restituere autem. Bonæfidei possessor tenetur restituere pretium, etiam
si res venditæ, sint deperditæ, vel diminutæ, malæfidei uerò, si res
extent, tenetur ad ipsas res, quæ si non restituantur, iuratur in li
tem ↄ̃ eum, etiam si visus fuerit redimere, & non potuerit. si ve-
ro sint deperditæ, vel diminutæ. tenetur ad uerum pretium. Et
t † deperditæ dicuntur quæ naturaliter perierunt: diminutæ uerò
a quæ perierunt ciuiliter. h. d. vsq. ad l. si rem. † No. q̃ pro dolo prę-
terito non iuratur in litem, sed propter dolum præsentem tan-
tum. Pau. de Cast.

L E X XXV.

t *Possessor malæfidei quando est, quod actori remedium detur.*
a *Petere non debet quis id, cuius contrarium non esset postulaturus. Et bonæfi-
dei poss. ut in damno esse, ita nec in lucro debet.*
3 *Pretium loco rei in uniuersalibus succedere.*
4 *Possidens pro hærede, aut pro possessore pro re, quam a se uenditam redemit,
qua actione conuenitur.*
5 *Possidens pro hærede, vel possessore litem sibi moueri dubitans in hæredi. peti
tione, si ab aliquo titulum acquirat ad petitionem hæreditat. excludendam,
num talis titulus ei patrocinetur.*

SI & rem & pretium. Bonæfide possessor tenetur ad restituēdam
rem quam habet. & si quid eius occasione accesserit. h. Secũ
dum Bar. diuiditur in tres partes. Primo formatur quęstio.
Secundo, arguitur ad partes. Tertio quæstio soluitur. Secunda
ibi, in prędone. Tertia in fin. ibi, oportet igitur. Item diuiditur in
tres, nam in primo arguitur pro actore, q̃ possit petere pretium.
secundo pro possessore, q̃ liberetur præstando rem. tertia ibi, an
vero Item hæc tertia in duas. Nam primo alle. ratio. secundo ra-
tiones probat per orationem domini Adriani, secunda ibi, nam
& rationem. Et est pulchra l. & no. & semper alleg. No. † in versi.
prædone, q̃ quando possessor est malęfidei, datur actori electio,
an petat rem, vel pretium. & sic est hic casus de eo, quod dicit gl.
a mag. in l. possessor. §. 1. s̃. eo. Item † no. q̃ non debet quis petere id,
cuius contrarium non esset postulaturus, de quo dic, ut in gloss.
Item no. q̃ sicut bonæfidei possessor non debet esse in damno,
vt s̃. eo. l. q̃ si possessor. ita nec in lucro, ut hic, & j. l. prox. & l. sed
3 & si. l. §. consuluit. Item † no. in uniuersalibus q̃ p̃tium succedere
dēt loco rei, de quo dic, ut plenè no. per Bar. in l. Imperator. §. fin.
de leg. 2. idem vr̃ in dote, & peculio, & alijs uniuersitatib. iuribus
ar. s̃. eo. l. Item ueniunt. §. non solum. in particularibus aũt dic, q̃
aut non habent certam quantitatem, vel ueram, ut patet in obli
gationibus facti, quod sem est incertum, & tunc idem, vt l. stipu
lationes non diuiduntur. §. Celsus. de ver. ob. Et in actione quod
met. cau. ut s̃. quod met. causa. l. si ipsa res. & l. uideamus. aut hñt
certam quantitatem, uel naturam: & tunc aut loquimur in bo-
næfidei: & idem, ut insti. de ac. §. actionum. & j. de act. emp. l. 1. in
prin. Aut in stricti iuris, & tunc, aut loquimur quo ad petitionē,
& nũquam succedit. non enĩ pōt peti pretium rei promissæ, sed
ipsa res, & si perēpta sit, ut j. de ver. ob. l. si seruũ. §. effectus. & §.
nouari. aut loquimur quo ad præstationem: & tunc si res nō p̃t
p̃stari, succedit æstimatio loco rei per officium iud. ut j. de ↄ̃fet. l.
4 Iul. & de lega. 3. l. non dubium. §. fin. Vltimo † no. q̃ ille, q̃ semel
possedit pro hęrede, uel pro possessore, si rem quam vendidit, re-
demit, conuenitur a. . . lam pet. hęr. licet habeat in ea titulum,
& gl. 1. assignat duas rationes primo, quia titulus habetur p̃ non
titulo, q̃ iõ non est bona. Nam tunc hr̃ p̃ non titulo, qñ est nul-
lus: vt l. nec vnã. §. omnib. s̃. eo. uel qñ hr̃ in uniuersitate, sed neu
trum istorum fuit hic. Scdo assignat gl. rõnem: quia licet hr̃ et ti
tulum, tñ adhuc possidet p̃ hr̃de. q̃ iõ non placet Bar. quia non
dēt esse deterioris ↄ̃dõnis, qui possidet ex plurib. causis, q̃ q̃ possi
det ex vna. & ita ēt no. ipse. C. eo. l. fi. Ideo dic, q̃ hic habuit titulũ
ab eo, qui habuerat ab ipso. vñ ex quo redemit, perinde est, ac si
nunquam vendidisset: q̃a redit in pristinam cãm arg. s̃. e. l. si pos-
sessor. §. sed & si res. & s̃. de pac. l. ab emptione. & j. deposit. l. 1. §.
5 si rem depositam. † Ex † q̃b. determinat Odo. f. q̃ si ille q̃ possidet
p̃ hr̃de, uel p̃ possessore, dubitans sibi moueri litem in petitione
hrditatis, acquirat ab aliquo titulum in ipsa re, ut excludat hanc
actionem, q̃ talis titulus sibi non patrocinatur. Nam postq̃ fuit
semel fundata hæc actio ↄ̃ eum: per superuenientiam tituli non
tollitur, sicut hic ↄ̃ istum, ↄ̃ quem fuit semel fundata ad pretiũ.
nam non tollit per titulum superuenientem in re. sed certè non
bñ facit hæc l. Pone. n. q̃ non esset fundata ad pretium, quia non
uendidit, sed donauit, & postea fuit sibi redonata. nam tenet, li-
cet hēat titulum, & tñ cessat eius rõ. præterea hic loquit, qñ ha-
buit titulum ab illo, qui habuerat ab eo: sed ipse loquit, qñ acq-
rit titulum ab alio. Vnde vr̃. q̃ debeat p̃desse ad excludendã hãc
actionem, sicut in eo qui possidet sine titulo, ↄ̃ quem pōt inuen
tari publiciana. Nam si acquirit ab alio titulum, publicianam ex
cludit. vt j. de publ. l. siue autem. §. fi. & no. gl. or. C. man. l. p̃ diuer-
sas. hanc q̃ posuit. Cyn. C. eo. l. fi. in additionib. quæ postea fuit di-
sputata Bononiæ. & Bar. aliter dicit in d. l. fi. licet de hac l. & de di
cto Odof. nullam faciat mentionem. & dic, ut ibi per eos. Paul.

L E X XXIIII.

t *Pręcedentia ambigua per sequentia declarari.*
a *Sed particula quam naturam habeat.*

VTrum autem. Bonæfidei possessor nō tenet ad pretium, nisi quatenus fa
ctus est locupletior. & pœnam quam exegit concer-
nentem rem hæreditariam restituit. sed concernentē
eius personam non, sed lucratur eam. h. d. vsq. ad l. sed & si. l. §. 1.
5 Et no. in hac l. utrum. ibi, & puto sequentem clam, & c. q̃ † p̃cedē
tia ambigua per sequentia declarantur. Et ad hoc alleg. facit l. si
seruus plurium. §. fi. j. de leg. 1. & de leg. 3. l. q̃situm. circa prin. &
2 l. uxore. in prin. Item † no. in l. sed & si l. in prin. iũcta gl. q̃ dictio,
sed, quando subijcitur copula, aduersatur ad fcm̃, non ad ius: si
non subijciatur copula, aduersatur ad ius, & ad fcm̃. In gl. in l. at
tibi. quæ vr̃ recedere a primo exemplo. sed dic, q̃ & primum, &
fm̃ exempla sunt bona. quia omnia, quæ habet possessor propter
iniuriam personalem, siue pœna sit legalis, siue conuentionalis,
non tenetur restituere. Nec ob. cõtrarium l. q̃ si in diem. & alia
in gl. alle. quia loquitur in pœna, uel lucro, quæ exiguntur ratio
ne personæ tantum. Pau. de Cast.

L E X XLVIII.

t *Pretium in uniuersalib. & si loco rei succedat, non tamen res empta pretij lo-
co succedit.*
a *Transitus facilior in his quæ symbolum habent. Et pretium facilius loco rei
succedere, quàm contra. nu. seq.*
4 *Representari quàm representare honorabilius esse.*
5 *Res empta de pecunia hæreditaria ab hærede in subsidium peti posse.*

L. Sed & si lege.

§. Item si rem. Res empta p̃ bonæfidei possessorem de p̃tio rerũ hrditariarũ, nō venit in hac
actione, sed uenit ipsum, quatenus ex emptione factus est locu-
3 pletior. h. d. Not. ergo ex primo dicto, q̃ † licet in vlib. p̃tium suc
cedat loco rei: tñ res empta de pretio non succedit loco pretii. in
ↄ̃trium facit, quod no. glo. s̃. l. px. ubi dicit pœnam, quæ succedit
loco pretii uenire in hac actione, sicut ipsum pretium. Solu. ibi
pœna, & pretium erant eiusdem qualitatis, & naturæ: quia vtrũ-
que consistebat in quantitate: & ideo unum succedit loco alte-
2 rius: quia † in hñtib. symbolum facilior est transitus, ut l. sed cum
patrono. in prin. de bo. pos. sed hic res erat alterius nãæ, q̃ pretiũ,
& iõ non succedit loco pretii. Dices ergo, nec pretium debet suc
cedere loco rei. quod est contra l. si rem & pretium. Sol. facilius
3 † pretium succedit loco rei, q̃ econtra. vt hic probatur. ratio di-
uersitatis: quia pecunia facta est propter res, nec econtra: quia
fuerunt res anteq̃ pecunia, quæ pp̃ difficilem permutationē re-
rum adinuenta est, ut patet in l. 1. j. de contrahen. emp. res ergo
censet principale: sed pecunia accessorium deseruiens: conuenie
tius est ergo, q̃ accessorium representet principale, quã eↄ̃, quia
4 honorabilius est representari, quàm representare. Item suppon.
ut glo.

in gl. de l. item veniunt. circa prin. ꝭ. eo. & de l. Imperator. de leg. 2. vbi res empta de pecunia hæreditaria efficit hæreditaria. Sol. ſm gl. ibi nomine hæreditario fuit empta, hic proprio. ſecus ergo ſi hæreditario ſm gl. Bar. aliter dicit in d. l. Imperator. vbi plenè vide per eum. & adde l. Titium. & Mæuium. §. altero. de adminiſt. tut.

1 † Item dico tibi, quod ſi poſſeſſor iſte non poſſet pecuniam ſoluere, quia nihil remanſit ſibi, niſi res illa empta, quod in ſubſidium res illa efficitur hæreditaria, & poteſt peti hac actione, ſicut in ſingularibus iudicijs rem emptam de pecunia mea poſſum per vtilem rei vendicatio. in rem petere in defectum pecuniæ. ar. ꝭ. de don. inter virum & vxo. l. vxor marito. quæ licet loquatur in muliere, tamen idem eſt in alijs, vt no. gl. ord. in l. Proculus. in fin. vltimæ gl. ꝭ. de iure dot. & nota per Docto. C. de rei vend. l. mater. tenementi. In glo. fin. ad l. ſi ipſa. ſ. quod meius. Solutio hic actor certat de lucro, poſſeſſor de damno, ibi cō. & dic vt ibi per Doctor. an ſufficiat quem ſemel eſſe factum locupletiorem, licet poſtea deſierit.

1 *Ius in hæreditate habens quod ſcit reuocabile, malæfidei poſſeſſor habetur, ut ſi nullum ius haberet.*
2 *Coniuncta perſona pro alia agere poteſt, etiam in re in qua ille fidem feſellit.*

§. Quod autem ait.

Hic incipit exponere tertiam partem ſenatuſcō. de malæfidei poſſeſſore, qui deſinit poſſidere, quæ ponitur in verſi. item eos. in l. item ve. § prædic. & durat vſq. ad §. cōſuluit. & h. d. malæfidei poſſeſſor qui dolo deſijt poſſidere, etiā lite cōteſtata tenetur, ac ſi poſſideret. item tenetur de culpa commiſſa in non exigendo a ſe, vel ab alijs. Item tunc dr̃ malæfidei poſſeſſor, qñ ſcienter inuaſit hæreditatem, & ſine cauſa, qui tenetur etiam de fructib. perceptis, & percipiendis. h. d. vſq. ad §. de eo. No. primam & ſecundam

1 ſol. glo. Ex quibus habes duo, primo, quod † habens ius in hæreditate ſciens illud eſſe reuocabile, eſt malæfidei poſſeſſor, ſicut ſi nullū ius haberet, vt probatur in l. j. C. de his quib. vt indig. Item, quod tale ius poteſt in iudicium deducere, licet ſit reuocabile, quia quouſque reuocetur habetur pro perpetuo, quod no. facit ꝭ. de in diē addic. l. j. §. ſed & Marcellus. quod facit ad illa quæ no. Bart. in l.

2 Iul. vetum debitorem. circa fi. de cond. indeb. Item † no. in 3. ſolu. gl. ibi, vel dic, quod coniuncta perſona poteſt agere pro coniuncta, etiam in re, in qua ſibi fallit fidem. Nam hic mala fide occupauerat hæreditatem, & tamen dicit gl. quod ſi erat coniuncta perſona, quod pōt agere, quod no. Item not. in quarta ſolu. ibi, vel dicas, quod procurator poteſt agere pro domino, licet interuertat mandatum: nam hic mandatum fuerat, quod moueret actiones hæreditarias, ipſe verò contra uoluntatem domini hæreditatem occupauit, & tamen ſm glo. adhuc durat ſibi poteſtas agendi, quod eſt ſingulare, & hoc verum, quia tractatur de incommodo ſuo, & de commodo dñi, quia tenetur domino ſi non egit, ſed ſi tractaret de commodo ſuo tantum, tunc ex illo mandato quia mala fide vſus eſt, rem non poſſet inuadere, vt ſ. eod. l. nec vllam. §. ſi quis abſentis. in fi.

1 *Hæreditatis petitio quando contra titulo poſſidentem datur, in quo cum rei uendicatione conſentiat.*

§. De eo autem.

Paria ſunt poſſeſſorem a prin. fuiſſe malæfidei, vel effici ex poſt facto. h. d. quod limitatur tribus modis ſecundum gl. Primo, quia hoc verum quantum ad fructus, & acceſſiones perceptas poſt malā fidem ſuperuenientem, ut ad illas teneatur, ſecus de interitu rei a quo excuſatur propter præcedentem bonam fidem, ut ꝭ. eodē l. illud. Tu dic, quod aut ſuperuenit mala fides uera, & tenetur etiā de interitu, quia fuit in culpa non reſtituendo. Aut mala fides ficta, & tūc non tenetur de interitu poſt litem conteſ. uel motam controuerſiam, quia non fuit in culpa non reſtituendo, non enī ſtatim debebat ius ſuum indefenſum dimittere, ita loquitur l. illud. ſed ad fructus bene tenetur, quia illos debebat conſeruare, uel rem diligenter colere, poſtquam mota erat lis. poterat enī illud facere, ſed morti non poterat prouidere. Secundo limitatur quia hoc eſt verum in petitione hæreditatis, quæ contra poſſidētem ſine titulo. ſed in rei uendicatione, quæ non datur contra titulo poſſidentem, licet ſuperueniat malafides uera, vel præſumpta, tñ adhuc facit fructus ſuos, licet teneatur reſtituere, ut ſ. de vſut. l. qui ſit. §. fi. & l. bonæfidei. §. j. ꝭ. de ac. re. do. ſecus in petitione hæreditatis, quia nō facit ſuos poſt ſuperuenientem malam fidem, & hoc operatur titulus in rei uendicatione ſm glo. hic, q̄ ſingulariter nota: quia non eſt alibi melior. limitantur enī multa iura, quæ vñr ponere drīam inter peti. hære. & rei uendicationem. Nam omnia debent intelligi, qñ rei uendicatio dat̄ ꝯ poſſidentem cum ti. alias non eſſet drīa, quam gl. multum eleganter no. Gui de Cug. C. de rei uēd. l. j. & uide quod ibi nota. per Pet. & Cy. & adde quod dicam in §. ſi añ litem. ꝭ. ea. l. Tertio limitat̄: quia quod hic dr̃, eſt verum in his, quę habent cām poſt malam fidem ſuperuenientem, ut ſunt fructus. Quantum verò ad illa, q̄ habēt cauſam ante malam fidem ſuperuenientem, tunc mala fides ſuperueniens non immutat, ita intellige l. clam poſſidere. in prin. de acq. poſ. & l. j. de uſu. transfor. quas gl. ultram. ſignant pro ꝯ, &

1 non ſoluunt. Item aduerte, † quia per hanc gl. puto, quod qñ petitio hæreditatis datur ꝯ titulo poſſidentem, quod eſt in aliquib. caſibus, vt ſ. eo. l. nec ullam. §. quod ſi quis. cum ſequentib. tunc idem ſit quod in rei uendicatione, ſ. quod faciat fructus ſuos, licet ſuperueniat mala fides, & iſta eſt quarta limitatio. Nā ſicut uidemus in præſcriptione, quia tunc tollitur ſpacio x. vel xx. anno. licet alias duret xxx. nam ex quo excedit terminos ſuos, exceditur a non ſuis terminis, ut no. in d. l. nec ullam. §. idem erit dicendum. In gl. quæ inc. ſ. utilem, & in l. hæreditatem. C. in quib. cau. ceſſat long. temp. præſc. & idem poteſt dici de alijs effectib. quos dicam in §. ſi ante litem. Et iſta ſunt multum ſingularia, & poſſent tibi facere maximum honorem.

1 *Iuris error, item & iuſta cauſa quem a dolo excuſat.*
2 *Poſſeſſor bonæfidei, & malæfidei, num medium recipiant.*

§. Scire autem.

Ille dr̃ malæfidei, q ſcit ius, & errat in facto, ſecus ſi errat ēt in iure, quia nō diceēt malęfidei. h. d. uel ſic, error iuris excuſat quem a dolo, & ma

1 læfide. ad hoc alle. Bar. No. † ergo, quod iuris error, item iuſta cā excuſat quem a dolo. facit l. j. ꝭ. de abige. & quod no. in l. j. in fin. mag. gl. ſ. ſi quis ius dicen. non obtem. & ꝭ. de diſtrac. pig. l. j. & de exc.

2 rut. l. qui teſtamento. No. † hic. quod eſt dare medium inter bonæfidei poſſeſſorem, & malæfidei. ita vult gl. in pen. ſol. ſimilis glo. eſt in l. 3. §. genera. de acq. poſſ. Opp. de l. ſi fur. §. j. & l. nonnunquam in prin. de vſucap.

1 *Prędones fructus ſuos non faciunt.*
2 *Controuerſiæ motione, uel litis conteſtatione, num quis malæfidei efficiatur.*
3 *Scire cœpiſſe, uel ſcire poſſe paria eſſe.*

§. Si ante litem.

Malæfidei poſſeſſor, qui dolo deſijt poſſidere, ēt ante litem conteſt. vel motam controuerſiam, tenetur ac ſi poſſideret. poſt litem verò conteſt. vel controuerſiam motam ēt ſi eſſet poſſeſſor bonæfidei tenet̄, quia per hoc efficit̄ malęfidei, iuris præſumptione. h. d. vſq.

1 ad §. proinde inquit. In tex. quaſi prædones. no. quia † non faciūt fructus ſuos. No. tria. Primo, quod in hac actione idem operatur motio controuerſiæ, quod litis conteſt. quæ autem ſit differentia inter iſta, habui ſ. eo. l. diuus in prin. ſed in rei uend. dicit gl. j. quod aliquando ſufficit motio controuerſiæ, ſed requiritur conteſta. ut C. de rei vend. l. certum aliquando ſufficit, ut eo. tit. l. ſi fundum. Dic quod l. certum. & l. ſi fundum. loquuntur quando controuerſia uel denūtiatio eſt facta a prin. antequā inciperet poſſidere. nam tunc ſufficit, & facit eum cenſeri malæfidei, quandocunq. poſtea incipiat poſſidere. ut ibi no. in l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ꝭ. quæ in fraudem cred. Si verò non fuit à prin. facta, tunc nō ſufficit ex poſt facto fieri, ut conſtituat eum in malafide, ſed requirit̄ conteſ. ut l. certum. Sed Doct. ibi vñr dicere. quod ſufficiat etiam ex poſt facto per iſtum tex. quia eſt eadem ratio. Tu dic, quod poſſeſſor habebat titulum, & nō ſufficit controuerſia, uel denunciatio ſuperueniens, ſed requiritur conte. & ita intelligo gl. aut non habebat titulum, & tunc ſufficiat, ſicut in hac actione. & ita intelligo opi. Doct. per gl. quæ eſt in §. de e. ſ. ea. l. ſi vero petitio hæreditatis datetur contra titulo poſſidentem, etiam tunc fortè non ſufficeret motio controuerſiæ, per ea quæ ibi dixi. Secundo no.

2 † quod per motionem controuerſiæ, uel litem conteſt. efficitur quis malęfidei poſſeſſor. Mat. dicebat, quod hoc erat uerum, ſi incipiebat habere ueram ſciētiam rei alienæ. alias ſecus. Sed gl. dicit, quod hoc ipſo præſumitur, quia per hoc inducitur malafides præſumpta, & hoc probatur hic, ibi, cœpit eam ſcire &c. nam ponit hoc pro

3 conſtanti, quod † cœpit ſcire, uel ſcire poſſe, quod idē eſt, ut ꝭ. ſi cert. peta. l. quod te. Tertio nota, quod poſt motam controuerſiam dicitur præde. ex quo ſequit̄, quod non faciat fructus ſuos. Sed in rei vendicatione, dic ut dixi in §. de eo. & idem de interitu. Et de uſucapione, de quibus gl. hic tangit.

1 *Deſinere dicitur, qui nunquam incœperit.*
2 *Agi poſſe aduerſus poſſidere deſinentem, etiam ſi res extent, ſi modo is pretium res uendita eſt conſecutus, ſiue bonæfidei, ſiue malæ fuerit.*
3 *Poſſeſſio ſi per plures manus tranſierit, an omnes teneantur.*

§. Perinde.

Deſinere poſſidere dicitur non ſolum, qui perdidit, quod habebat, ſed quia non quæſiuit, quod poterat. & talis tenetur, acſi poſſideret, ſiue res extent, ſiue non. Et ſi per multas manus tranſiuit poſſeſſio, omnes qui

1 dolo deſierunt poſſidere tenetur. h. d. Not. ergo. Primo. † quod dicitur deſinere, qui nunquam incipit, & hoc eſt in odium malæfidei poſſeſſuris. alias ſecus, ut ꝭ. de condi. & demon. l. Titio uſuſ-

2 fructus. Secundo † nota, quod etiam ſi res extant, poteſt agi contra deſinentem poſſidere. & hoc in petitione hæreditatis. ſiue ille q deſijt fuerit malæfidei, ſiue bonæfidei & conſecutus eſt pretium etiam ſi rem iure proprio vendidit, ut ſupra eod. l. item veniunt

§. idem

§.Idem placere. sed in rei vendicatione, si vendidit nomine proprio,& res extant: non agitur cōtra vendentem ad pretium, sed contra possessorem: secus si non extarent, vt C.de rei vend.l.ma
3 ter.& dic plenè vt ibi. Vltimo no. † φ licèt p multas manus possessio transierit, omnes tenentur. quod videtur contra determinationem glo.& Doc. & d.l.mater. quæ dicunt, φ non tenetur, nisi primus. nec alij. istum tex. Sed dic, φ ipsi loquūtur, qñ omnes fuerunt bonæfidei possessores, hic autem fuerunt malæfidei. vel dic, φ omnes hic habuerunt causam lucratiuam, ibi uerò omnes excepto primo habuerunt causam onerosam. vnde cum illi sint bonæfidei, nec sint locupletiores, non habent recursus ad eos, secus quando omnes habent causam lucratiuam, vt ibi etiā nota. dic tamen, φ vno soluēte, alij liberātur arg. ̅J. de his qui deie. vel effu.l.perceptione.& l.& quidem. possessor tamen rei non liberatur. vt ̅s.eo.l.nec vllam.§.si quis dolo. Paulus de Castro.

§.Vtrumuis. Etiam ille, qui dolo fecit, quominus perceperit fructus, tenetur, ac si percepisset. & aduersus dolo desinētem possidere iuratur in litem, ac si possedisset.h.d.hoc vltimū dictum intellige, si res extabat. aliàs non, supra.e.l.si possessor.§.fin.

1 *Obligatio ad antidora an efficax sit ad persequendum. Et quid de eo quod soluitur occasione huius obligationis.*
2 *Locupletior qualiter quis dicatur.*

§.Consuluit. Hic incipit exponere quartam partem senatuscon.de bonæfidei poss. qui pretium, vel res hæreditarias consumpsit quæ ponitur in l.Item veniunt.§.pridie.versic. eos autem. & durat vsque ad l.siue bonæfidei.§.primo.& hoc dicit bonæfidei possessor non tenē, nisi quatenus est locupletior. & ideo si res hæreditarias consumpsit, vel donauit, nō tenetur, nec dicitur locupletior, licèt habeat donatarium, obligatum ad antidora, nisi quatenus ratione talis obli-
1 gationis percepisset.h.d.vsque ad §.si quis. Et † nota hic, de obligatione ad antidora, quæ est donatio inefficax, & consistit in veris, & puris naturalibus motib. circunscriptus omni vinculo ciuili. de qua dic, vt nota.in l.si non sortem. §.libertus: de cōdi.inde. & de iust. & iu.l.ex hoc iure.& de fideiuss. l.si testō. §. primo.& p Ioan.Fab.Inst.de leg.§.primo. Item nota, φ illud, quod soluitur ratione talis obligationis, dicitur donatio, alias non diceretur quis fieri ex ea locupletior. non tamen est omnino pura, sed assumit nomen cuiusdam permutationis, vt hic, vel remunerationis vt infra mandati.l.si vero nō remunerandi. Et iō non requi-
2 ritur insinuatio, vt ̅J.de dona.l.Aquilius regulus. Vltimo † qualiter quis dicatur fieri locupletior, vide l.vxor marito.̅J.de don. inter vir.& vxor.quæ est ad hoc singularis, & magistra. Paulus.

1 *Consumere de rebus hæred. & de suo, hæreditatis contemplatione paria non esse. Et hæreditatem diminutam non videri, & si per possessorem res obligatæ sint.*
2 *Obligatio principalis magis attendenda, quàm necessaria.*

§.Si quis res sua. Si possessor bonæfidei aliquid cōsumpsit de suo, nō de hæreditate, licèt contemplatione hæreditatis hoc fecerit, aliàs nō facturus, & licèt res hæreditarias obligauerit, non tamen dicitur de hæreditate consumpsisse. & ideo non pōt de ipsa deducere. hoc dicit.
1 & est bonus casus. Barto. No. † φ non sunt idem consumere de hæreditate, vel de suo. contemplatione hæreditatis. Item no. φ non videtur diminuta hæreditas, licèt res eius sint obligatæ per possessorem. & hoc est clarum hic: quia possessor non poterat obligare: cum ius non haberet: sed certe idem si haberet ius reuocabile, vt institutus in testamento inofficioso. iuxta notata. supra eo.l.quod autem.in gl. Et facit iste tex.ad id quod no.glo. supra de iud.l.si fideicommissum.§.tractatum. in gl. qua incipit.
2 hoc casu. Item no. † φ magis attēditur obligatio personalis, quæ est principalis, q̄ obligatio pignorat. quæ est accessoria.

§.Adeo autem. Si bonæfidei possessor habet ius in parte hæreditatis, & in alia parte non: illud quod expendit: videtur in dubio expensum de vtraque portione. hoc dicit vsque ad §.quod autem.

§.Quod autem. De eo quod bonæfidei possessor de hæreditate consumpsit, hæreditati non imputatur, nisi illud quod expendisset, si se hæredē non existimasset. hoc dicit. facit l.sed si hæreditas.§.j.̅J.ad exhi.& facit ad q.de illo, qui temerariè fuit vocatus ad iudicium, ut non recuperet expensas, quas esset domi suæ facturus, & idem in testibus pro quo facit l.ex parte.in princ.infra famil.ercis. Paulus.

1 *Actionem, quæ non sit, èxtingui non posse, nec ei præiudicium parari.*
2 *Rei vendicatione ad pretium non agi, nisi domini nomine res vendita sit, vel ea non extante.*

3 *Dominus verus a vendicatione rei suæ quandoque excluditur, ut bonæfidei possessor in damno versetur. Et ideo æquius verum dominum lædi, quàm quòd quis damnum recipiat.*
4 *Venditor in se suscipere iudicium, quod mouetur contra emptorem, & ipsum à iudicio eximere, vel inuito actore potest, idque etiam si sua non interesse.*
5 *Pretium recipiens à rei vendic. excluditur.*

2 ultimo † no. in uer. seq. ꝙ ille qui teneĩ ex testõ ad fideiubendum pro alio, non põt ab eodem illud, quod soluit repetere ꝑ actionẽ mandati, ut hic, nec per actionem neg. ges. ut in gl. q̃ est no. quia cum quis facit ex necessitate, non cõpetit ei illa actio, ut s̄. neg. gest. l. si communes. in fi. agent igitur ex stipulatione interposita per legatarium, ut s̄. dixi, uel actione in factũ, ne fiat locupletior cum aliena iactura, s̃m Bart. at. j̄. si cer. pet. l. si & me, & Tinium. Not. bene istam gl. quæ alibi non reperitur: secundum Doct. Paulus.

L E X IX.

In stipulatione. Vsusfructus pecuniæ duob. tm̃ casibus põt extingui. s. morte, & capitis diminutione, & illi duo tm̃ in stipulatione comprehenduntur. hoc primo. Item usufr. & usus pecunię idem sunt, hoc scdo. Item cautio de ipsa reddenda põt interponi anteq̃ tradatur, & post. hoc tertio. Item lana, & aromata dñr de reb. quæ usu consumunĩ, & tõ in ijs non cadit propriè usufr. h. d. usq. ad l. fi. Paulus. de Cast.

L E X XIII.

Cùm pecunia. Cum proprietas alicui legatur, licet adijciat vt ad uitã suam habeat, vel ut habeat usum eius, nihilominus dr̃ legatum proprietatis, non vsus, uel usufr. h. d. no. Et sic legatum proprietatis per tales actiones non alteratur. Et hoc dico, ꝙ cum testator uult, aliquem hæredem facere, puta filium, uel extraneum, uxorem uerò suam usufructuariam bonorum suorum in uita sua, nõ dẽt ipsam instituere hæredem in uita sua, & post mortem suam filium uel extraneum, prout quidã imperiti notarij faciunt. Nam ꝑ hoc non est usufructuaria, sed hæres in proprietate: non obstat, ꝙ adijciat, ut habeat usumfructum oĩum bonorũ in uita sua, casus est in hac l. notabi. Ex quo sequitur magnus effectus, quia post mortem suam debent bona filio restitui, uel extraneo, detracta quarta, qđ non esset si ipsam tm̃ usufructuariam reliquisset, in quo ut plurimum per notarios imperitos erratur. qui mentem testatorũ isto mõ subuertunt, & ista pridie de facto respondi ꝑ hanc l. Quæro quid refert, an sit legatum proprietatis uel ususfru. in hac l. cum utrunq. morte extinguatur? Respondeo quia primum non extingueretur capitis diminutione, s̃m sic. Item in primo non teneretur cauere, in secundo sic, ut s̄ eo. l. 2. Pau. de Cast.

Si vsusfructus petatur. Rubrica.

1 *Vsufructuario pro usufructu, quẽ possidet, quotuplex actio, & quæ competat.*

¶ Ista rubrica hẽt duas partes. Prima pars si usufru. pe. pertinet ad confessoriam, secunda pars dum dicit, uel ad alium pertinere negetur, pertinet ad negatoriam. Item prima competit usufr. se-
1 cunda dño, ut j̄. e. l. uti frui, & ibi plenè. Item not. quo ad primã partem, ꝙ interdum quis agit pro usufr. quem possidet, & tunc competit duplex actio. s. confessoria, quæ est realis, & competit ꝯ quemlibet turbantem, ut dicta l. uti frui, post prin. in uersi. utrũ. Item actio personalis ex testamento, uel ex contractu, & ista cõpetit contra obligatum duntaxat iuxta not. in l. corruptionem. C. de usufr. interdum agit pro usufr. quem non possidet, & tunc aut semel possedit, & idem, ut cõpetat duplex actio sicut in primo, hoc tamen casu debet probare de iure suo. Sed in primo nõ d. l. uti frui, uers. ꝙ si forte. Aut nunq̃ possedit, & tunc non datur confessoria, quia non datur nisi pro usufructu constituto, sed anteq̃ tradatur, non est constitutus, nisi in ultima uoluntate detur, ergo tunc actio personalis competit.

L E X PRIMA.

1 *Vsufructuarius iura proprietati debita, num proprio nomine uendicet. Et vsumfructuarium domini procuratorem censeri.*
2 *Directo quod non permittitur, per obliquum quandoque permitti.*
3 *Exceptio contra actus naturam uitiatur, non actum uitiat.*

4 *Necessita-*

4 *Necessitate quod permittitur permitti, quatenus necessitas subest intelligitur.*
5 *Legans fundum suum, an & ius fundi per alium fundum suum legare videatur, vt is qui vsumfructum legat.*

SI fundo. Vsufructuarius non potest directò vẽdicare
vsumfructum, per quod consequitur, ne in
seruitute turbetur. hoc primo. Item qui petit vsumfructũ,
consequitur omnem cõmoditatem ad vsumfructum necessariam,
tam ad alium fundum proprietarij, quam alterius, nec
valet exceptio talis commoditatis, sine qua vsusfructus peti non
1 potest, hoc dicit, vsque ad l. si ab hærede. Nota † primo, q vsufru-
ctuarius non potest proprio nomine vendicare iura debita pro-
prietati: nam seruitutes reales proprietati debentur, & hæc est
ratio primi dicti: nomine vero proprietarij bene potest, & habet
tunc vtilem actionem, & ita loquitur l. 2. §. videndum est. ĩ. de in
rem verso. Et est ratio, quia vsufructuarius censetur procurator
proprietarij, vt l. 2. in fi. cum l. seq. de oper. no. nunc. & l. 1. §. fin. ĩ.
2 vsufr. quemad. ca. Secundo † no. q illud, quod non permittitur
directò, permittitur per indirectum, qñ diuersa subest ratio: aliàs
3 secus, vt l. quidam decedens, de admi. tut. Tertio † no. in l. 2. versi-
culo vsque adeo, q exceptio ꝯ naturam actus vitiatur, & non vi-
tiat actum, de hoc est tex. in l. per seruum. §. fin. ĩ. de vsu, & hab.
4 Vltimo † no. in l. dubitat, q id, quod ex necessitate, permittitur
quatenus necessitas subest, facit quod no. s. de iudi. in l. sed &
5 restituatur. §. sed si dies. in gl. in 1. q. sed pro remedio. Sed † quæro
si quis mihi legat proprietatem fundi sui, verum videatur mihi
legare ius eũdi per alium fundum suum, sicut eum legat vsum-
fructum? de hoc habes glo. q non ĩ. de adim. le. l. 3. §. si loci. de
quo plenè per Bart. in l. j. de seru. leg.

L E X II.

Si ab hærede. Si hæres, a quo fuit legatus vsusfructus
fundi sui, seruitutem imponat, vel aliàs
ipsum deteriorem faciat, postquam vsusfructus petitus est, te-
netur ad interesse. hoc dicit. secundum veram lectu. quæ posita
est in fi. glo.

L E X III.

Qui vsumfructum. Vsusfructus tempore amis-
sus, non restituitur, siue de-
beatur iure ciuili, siue iure prætorio, nec debet esse melioris con-
ditionis, qui habet minus iuris, quàm qui habet plus, hoc dicit.
Et no. tex. in fi. dicitur enim, dominus sui vsusfructus, quod alibi
non reperitur, de quo vide Guil. de Cug. C. de vsuf. le. in rub. Bal.
nota ius tempore amissum non restituitur.

L E X IIII.

Fundus. Detractio facta contemplatione certæ personæ,
antequam illi personę ius quæratur, nihil detra-
hit. h. d. Bal. & est notabilis casus. Paul. de Cast.

L E X V.

1 *Seruire res sua nemini potest. Et ius agendi metitur quis ex iure, quod in persona sua residet, non in aliena.*
2 *Actore non probante etiam iniustum possessorem absolui, & an possidens cũ conuenitur probare de iure suo teneatur.*
3 *Actio confessoria, negatoriaque aduersus quem detur.*

VTi frui. Confessoria pro vsufruct. datur habenti
vsumfructum formalem separatũ a pro-
prietate, non autem habenti causalem eum ea con-
iunctũ, negatoria vero datur domino. hoc primo. Itẽ
agens negatoria cõtra possidentem vsumfructum, nisi dominũ
se probet, succumbit. hoc secundo. Item confessoria datur con-
tra quemlibet possidentem hoc tertio. Item vsufructuarius non
non potest de directo vendicare seruitutem debitam fundo. Itẽ
confessoria, & negatoria dantur etiam pro parte rei, in qua vsus-
a fructus debetur, vel negatur. h. d. vsque ad §. in ijs. Et no. † in
princ. tex. qui semper alle. q res sua nemini seruit. Item in vers.
de suo enim, &c. No. q ius agendi metitur quis ex iure, quod re-
sidet in persona sua, non ex eo, quod in persona serui, facit supra
si pars hæreditatis pe. l. 1. circa prin. & quod no. in Spec. de teste.
a nunc videndum, versic. Item agens. Tertio † no. in versiculo, q
si fortè: q actore non probante etiam, iniustus possessor absol-
uitur in incorporalibus, sicut in corporalib. Et sic possidens nõ
tenetur probare, cum conuenitur, nisi post fundatam intentio-
nem actoris. Si autem agat, tunc pro istis seruitutibus probare
tenetur, licèt possideat, vt no. ĩ. si seru. ven. l. sicut. §. sed si quæ-
ratur, & ita intellige, quod dixi s. e. in rubrica. Vltimo no. q istę
3 † actiones cõfessoria, & negatoria dantur cõtra quemlibet possi-
dentem: vt hic, uel turbantem ut ĩ. si seru. uend. l. si quis diutur-
no, & dicuntur in rem. Adde quod no. per Cy. C. de usufr. in rub.

1 *Actio, & si per contestationem perpetuetur, non tamen natura aut cius rei de qua agitur conditio.*

§. In ijs. In confessoria, & negatoria ueniunt fructus & om
nis causa, & si post litem contestatam usufructus
extinguatur, siquidem sit natura sine culpa rei conuenti, non
ueniunt nisi fructus præteriti, non autem usumfr. de nouo tenetur
constituere. Si uero extinguatur culpa sui, non solum tenetur
ad fructus præteritos, sed ad constituendum ipsum de nouo, &
ad cauendum de euictione. Item prædicta uera sunt cum non
possessor agit contra possidẽtem: sed si possessor agat contra nõ
possidentem: tunc non uenit fructus, sed tantum consequitur
agens, ut in possessione seruitutis, uel libertatis nõ turbetur. Itẽ
qui sine dolo possidere desijt in hac actione absoluitur: sed qui
1 litis se offert, condemnatur. h. d. usque ad fi. titu. Et no. diligenter
in uersiculo si post litem, q licèt per contestationem litis perpe-
tuetur actio, non tñ perpetuatur natura, uel ꝯdõ rei, de qua agit.
Itẽ circa fi. q confessoria, & negatoria dantur possidenti, & idẽ
in qualibet actione, quæ datur pro iurib. incorporalib. ut Inst. de
act. §. æque. & §. sed istæ facit. ĩ. si seru. uen. l. & si forte. §. j. Paul.

De operis seruorum. Rubr.

L E X P R I M A.

a *Opera seruorum ab vsufructu, quid ac quam variè distet.*

OPera. In isto titulo ponunt aliqua, in quibus ope-
ra seruorum differt ab usufru. & aliqua in
quibus conuenit, & re uera, nec est usufr. nec usus,
& sic nõ potest dici seruitus personalis, ut ex sequen
1 tibus patebit. Primum † ergo in quo differt est, quia
opera seruorũ est facti, & in facto cõsistit: ut hic in prin. ususfr.
autem & aliæ seruitutes sunt ius, ut ã. de usufr. l. j. Secundum est,
quia opera seruorum non est in rerum natura anteq̃ inducatur,
ut in secundo dicto, sed ususfructus statim, q est cõstitutus. Ter-
tium est: quia operæ seruorum non amittuntur capitis diminu-
tione, ut in l. 2. secus in usufructu, ut ã. quib. mod. ususf. amit. l. j.
Quartum est, quia opera seruorũ se habet ad usumfructum tanq̃
pars ad totum, & ususfructus ad eam tanq̃ totum ad partem. Vñ
dicitur, q operæ sunt in usufr. sed ususfructus consistit in operis
supple, & in alijs, ut in l. 1. & 4. in prin. Quintum est, quia opera
magis accedit usui, q̃ ususfructui: ut in l. operis. Sextum est, quia
in homine debili, uel minoris ætatis contingere potest, ut nulla
sit opera, ut l. fi. §. si minor, & tamen in eodem potest consistere
ususfructus: quia si stipularetur ex re fructuarij, ei acquireret, ut
s. de ususfructu. l. si serui ususfructus, cum ll. sequẽtibus. Septima
differentia ſm gl. quia opera seruorum morte non extinguitur,
sed ususfr. sic, ut ĩ. de usufruc. leg. l. 2. Octaua, quia usucapione
proprietatis perditur opera, ut d. l. 2. sed ususfr. non, ut s. de usu-
fructu l. locum. §. proprietatis, & de usuc. l. iusto. §. non mutat.
Cõuenit autem in aliquibus cum usufructu, quia operæ dicun-
tur deducta necessarijs impensis sicut fructus, ut in l. 4. secundo
responso. Secundo, quia cum uenit ad æstimationem operarum
habetur consideratio ad personam, ſm quod & quantum pote-
rat operari. ut l. fi. in princ. sic in usufructu si deueniatur ad æsti-
mationem contra contumacem, uel dolosum ratio habetur, ut
æstimatio fiat, secundum quod & quantum percipere potuit se-
cundum conditionem rei, ad hoc s. de usufr. l. fructus, & l. si na-
uis, & ita debet intelligi l. uti frui. §. in ijs. s. tit. j. Vltimo no. l. fi. in
fi. q interesse affectionis non consideratur, quod dic, ut l. cum
seruus. ĩ. man.

De usu & habitatione. Rubr.

L E X P R I M A.

1 *Concessum capiti, membris quoque concessum videri, & quorsum inducatur.*
2 *Relictum pauperibus an in eos quoque qui ipsis subseruiunt distribui queat.*
3 *Concessio de præsenti, an ad futura porrigatur, & quæ. Et in tacita permissione inhonestum non venire.*

NVnc videndum, Vsus in minus se hẽt,
q̃ ususfructus, & eisdẽ
modis constituuntur. Item qui habet usum domus,
potest inhabitare cum familia sibi necessaria, uir cũ
uxore, uxor cum marito, socer cum nuru, & ecõtra:
potest etiam habere hospites gratis: uel non gratis, dummodo
sint honesti, non tamen potest alijs seorsum a se cõcedere. Idem
si ageretur, ne cum talibus habitaret, talis cõditio remitteretur.
h. d. usq; ad l. si habitatio. Et no. quia primo loquitur de usu do-
mus, usque ad illam l. ubi loquitur de habitatione eiusdem. uso;
ad §. si usus fundi, secundo de usu pecorum, tertio de usu equitij,
quarto de usu seruorum: partes patent. Item no. l. 2. cum se. q
1 † concessum capiti uidetur concessum etiã membris, sine quib.
caput esse non potest. Vnde concessum domino, uidetur con-
cessum familiaribus, si sine illa concessione sibi seruire non pos-
sent. Et ad hoc sũt isti tex. no. facit quod plene no. in l. 1. C. de epis.
& cler. facit ẽt in Auth. de nõ alie. §. nos igit. & s. de iud. l. nõ alias

§.i.& quib' modis vsusfr.amit.l.si mulier,de serui.leg.l.pater.Bal.
Ad hoc etiam infra de exercitoria.l.i.§.non autem.versiculo i qd.
enim.de auro & ar.leg.l.vxori.de preca.l.penult.de itin.actuque
a priua.l.veteres per quas leg.cōsuluit Old.ꝙ † si aliquid relinquit
in vsus pauperum, pōt distribui ad vsus seruientiū pauperibus,
sine quib.pauperes viuere nō possent,in cons.54.de qua q vide
per Ioan.And.in addi.Spec.de decim.facit de pec.leg.l.Nam qd.
§.item si qs.Item no.in l.cæterum.2.respon.tex.cū glo.ꝙ nō pōt
5 dici inquilinus,qui non inhibitat. Item † no.in ead.l.§.fi.ꝙ con-
cessio extenditur ad futura,quæ tpe cōcessionis sunt verisimilia,
item verisimile est viduā maritum debere recipere. Vltimò no.
in l.non aliter.ꝙ in tacita permissione non venit inhonestum.

L E X II.

1 *Vsus,an non vtendo, aut capitis diminutione perdatur.*
a *Legatum commoditatis,alicuius rei,an vsumfructum eiusdem complectatur.
Et legatum vsusfructus adiectione restringi,non proprietatis.*

CVi vsus.

Habere vsum domus, vel habitationem
paria sunt in quibusdam. Nam vtroque
casu habitare pōt cū eisdem personis,de quibus supra
dictum est. Item neutro casu donare pōt,& neutrum
ad hæredem transmittitur. In aliquibus tantum differunt, quia
habitatio non vtendo, vel capitis diminutione nō amittitur: se-
cus in vsu, vel vsufr. Item cum relinquitur commoditas, magis
videtur relictus vsus,q̃ vsusfructus.Item legatum vsusfructus per
adiectionem habitationis restringitur. Item cum relinquitur ha
bitatio videtur relicta ad vitam illius cui relinquitur. h.d. Et ad-
a uerte,† quia istud prin.ibi nec non vtendo,&c. videtur posse in-
telligi de vsu, ꝙ non vtendo non perdatur, nec capitis diminu-
tione,de hoc dic, vt C.de vsufructu. l.cum antiquitas. per Pe. &
Cy.Item † no. diligenter versiculum sed si. ꝙ cum legatur com-
moditas alicuius rei, non videtur legatus vsusfructus, sed vsus,
quod est singulare.Item vers.seq. sed si. ꝙ legatū vsusfructus per
adiectionem restringitur: secus in legato proprietatis val.fi.s.de
vsufructu ea.re.quæ vsu consu.& sic videtur hic casus de hoc,qd
no.glo.supra de vsufructu.l.dominus.in fine.

L E X X.

a *Fundo si quid superfluum insit vltra vsuarij necessitatem ad quem pertineat.
Et quid in habitatione.*
a *Decima cui de fundo debentur,an quo tempore colliguntur fructus,illuc pro-
ficisci queat,illicque stare,vt ne fraudentur fructus, caret.*

L.Si habitatio.

§.Si vsus.

Minus est habere vsum fundi.quām vsumfru-
ctum.& qui casualem vsum habet.potest habi-
tare in fundo.i.in ædificiis positis in fundo, & ipsis vti cū omni-
bus cōmoditatibus suis,& prohibere dominū, & familiam eius
domesticam ne illuc veniant ad habitandum, nisi tempore quo
recolliguntur fructus, & quatenus ad ei collectionem ipsorum
est necessariū.potest etiam ex fructibus & aliis quæ nascuntur in
fundo recipere quantum sufficit sibi,& aliis,quib. non solum in
fundo vti potest,sed etiam in oppidum portare. hoc dicit.vsque
a ad l.plenum.§.sed si pecoris.No.ergo primo,ꝙ † si quid inest su-
perfluum in fundo vltra necessitatem vsuarij, illud pertinet ad
dominum: secus in habitatione: non inhabitabit vt s. eo. l.cæ-
terum.2.respon.ver.sed & quia ei.j.l.diuus.§.j.hæc videntur col-
ligi ex mente huius literæ,quia superfluum eius quod est in fun-
do,potest dominus percipere sine molestia sua, cum non liben-
ter quis hospitem extraneum secum in domo recipiat. Secundo
no.diligenter,ꝙ qua ratione dominus esset molestus. eadem ra-
tione,& familia,quam habet contemplatione suiipsius domini,
vnde est arg.ꝙ sicut illud quod quis facit ad instantiam superio-
ris non videtur sponte factum, iuxta no.per Inno.in c.si diligen
ti.de præscri.& per glo.in l.j.§.fi.& l.quæ onerandæ.j.quarum
re.actio.non da.ita illud quod facit ad instantiam familiarium do
mini,quod intellige de multum domesticis, & dilectis ab eo. hē
3 no.in l.plenum.§.primo.arg.ꝙ † ille cui debentur decimæ potest
venire ad fundum tēpore quo fructus recolliguntur, & stare ibi.
ne fructus defraudentur. item in versiculo,liberius: in fi.ꝙ ali-
quid de facili permittitur,cum alter nō multum grauatur, vt in
creditore de euictione, & no.istos tex. quia licet prima facie vi-
deantur faciles,ad multa tamē possent tibi seruire. Pau.de Cast.

L E X XII.

1 *Vtilitates, quæ ex corpore procedunt quædam separata a corpore vtiles, &
quædam inutiles.*
2 *Testatorum voluntates restringendæ non sunt.*

L.Plenum autem.

§.Sed si pecoris.

In hoc §. ponitur quid pertineat
ad eum, qui habet usum pecoris,
a vel boum, & collige ex eo ꝙ † quædam sunt vtilitates rei, quæ
procedunt a corpore, sed postea separantur a corpore, ita quod
potest quis eis uti sine corpore,ut sunt in pecoribus lac, & cases,
quæ a corpore pecorum procedunt,sed postea separantur, & po
test quis eis uti sine corpore pecorum, & talia non pertinent ad
usuarium, nisi quantum sufficit ad usum, uel necessitates suas.
Quædam sunt utilitates,quibus quis non potest uti,quin utatur
corpore,ut utilitas stercorandi, uel in bobus utilitas arandi, uel
a uehendi: & istæ pertinent ad usuarium.hoc dicit. Et † no.ꝙ uo-
luntates testatorum non sunt restringendæ.

§.Equitij.

Verba debent interpretari secundum condi-
tionem illius,ad quem diriguntur, & ad hoc
alle.iste §.& l.i.de mil.test. & facit ad arg. ꝙ si maritus relinquat
uxori lectum fulcitum,non ueniant paramenta festiua, aut cul-
citræ de serico. Bal.hoc uerum est, si contingebat eam remane-
re in uiduitate; secus si dedit sibi licentiam se maritandi, sicut
aliqui testatorum faciunt, qui in illum casum.s.si maritetur ali-
quid sibi legant,& de hac quæstio.dic, ut no.per Iaco. de Are.in
l.i.§.uxori de auro,& argen.lega.

a *Legatum illud plenius quod cui principaliter relinquitur, quam quod habet
ex consequentia alterius ministerio.*

§.Si vsus ministerij.

Habens usum seruorum per
seipsum acquisitum, potest
eis uti ad ministerium suū necessarium sibi,& suarum persona-
rum. Sed si acquisitus erat sibi per filium, non potest uti nisi ad
ministerium suum tantum,& illius,per quem acquisiuit s̄m glo.
& hoc primo.Item operas dictorum seruorum locare nō potest,
sed per se tantum uti, quod facere uidetur, siue faciat eos in re
sua operari,siue in opere,quod ipse usuarius faciendum condu-
cit. Item quod tales serui stipulantur ex operibus suis usuario nō
acquiritur: quia locatio censetur: secus in eo, quod ex re usuarij
stipulantur.h.d. usque ad l.per seruum §.r. No.ex primo, & se-
t cundo.i.responso,† ꝙ plenius est legatum factum alicui princi-
paliter,q̃ factum alteri,& sibi consequenter acquisitum. Nam il-
lud quod factum est alicui principaliter, attrahit consequentias.
Sed factum in ɔsequētiā,alias consequentias non attrahit,quod
bene menti,& sic plenius est legatum factum monasterio,quam
factum monacho, licèt per ipsum acquiratur monasterio. Item
no.ꝙ paria sunt facere seruum operari in re sua, uel in aliena,q̃
tamen pertineat ad ipsum cura solicitudine,uel cultura.Nam &
illa cēsetur sua, vt hic probatur,& facit bene.l.si pupilli,in princ.
de neg.gest. Pau de Cast.

L E X XIIII.

5 *Totam partem integralem opportunè infert, non econtra. Et quid de parte
subiectiua.*

L.Per seruum.

§.Vsusfructus.

Vsus inest fructui tanq̄ pars substan-
tialis, & integralis, hinc quia fructua
rius esse non potest,secus ecōtra: & ideo si de legato usufructus adi-
matur usus, siquidem a principio non ualet legatum tanq̄ con-
tinens repugnantiam. Sed ex postfacto,non ualet ademptio. Si
uero adimatur fructus si quidem simpliciter, totū uidetur adem
ptum.Si uero fructus sine usu remanet legatū in usu, ac si a prin
cipio usus fuisset legatus.h.d.cum l.sequenti, & in principio seq.
a Nota ea primo dicto, ꝙ † ad positionem totius sequitur positio
partis integralis: sed non econtra, & hoc in toto, & parte inte-
grali,sed in toto,& parte subiectiua,ut est genus, & species,est to
tum econtra, nam ad positionem generis non sequitur positio
speciei,sed econtra. Non.n.sequitur, animal est: ergo homo est.
Sed econtra sic,homo est: ergo animal est,ut j.de leg.3.l.si quid
casum.§.interpretum. Item no.hic in fi.cōiuncta l.sed de fructu.
uersiculo,sed si usufr qui debet continuari cum fi.istius §.ꝙ lon
ga dr̄ a cst, an adiectio ɔ̄ naturam actus apponatur a principio:
quo casu uitiat actum,an ex ex post facto,& tunc uitiatur,& non
uitiat,qd gl.induxit ad qō.de conuersis: de qua uide per Cyn.in
authen.ingressi.de sacrosan.eccl. & no.in l.fi. de condi.appo.&
adde l.si peculium.§.sicut.de pecul.lega. Item,ꝙ sicut paria sunt
legare usumfructum,& fructus fundi.ut s̄.de usufr.l.si quis ita le
gauerit.sic & paria sunt adimere fructus, uel usumfructū, quia
utrobique totū, ut adēptum. Vltimo no.in l.sed si de fructu.in
prin.ꝙ paria sunt a prin. limitanter disponere uel legare, uel ex
postfactu disposita limitare,facit l.Lucius.§.q habebat.ad Treb.

L E X XV.

L.Sed si de fructu.

§.Poterit.

Si uni legetur pars integralis,& postea totum,
pars cum toto cōfunditur. Sed si diuersis, tūc
in parte integrali concurrunt, nisi ɔ̄unus sit actum. Item si nihil
superest ad usum,tota cōmoditas ad usuarium pertinet. Item si-
cut usuarius non potest impedire dn̄m percipere fructus,ita nec
dominus usuarium percipere usum.hoc dicit. cum l.seq.

L E X XVII.

Si ita legatus est.

Habens usum in fundo uti pōt etiā
instrumētis. Item dn̄s proprietatis
inuito

inuito usuario, uel fructuario rem custodire pōt. Item qđ seruus usuarius acquirit ex pecunia sibi tradita p usuarium ipsi usuario acqrit. h. d. tota l. Et no. in §. dñs. ar. φ dñs fundi inuito feudatario pōt custodire fundum concessum in feudum, quod no. Cy. tacite j. commo. l. si ut certo. §. si de me petisses. Bal. Pau. de Cast.

L E X XVIII.

Filiofam. Sicut usus fr. legatus filiofa. uel seruo acquirit patri, uel dño, sic & in nudo usu, & pōt pr̄, uel dñs ēt absente seruo, uel filio uti. h. d. Sed ad quas personas extendetur? dic, ut s̄. eo. l. plenum. §. si usufr. ubi tex. & gl. Paul. de Cast.

L E X XIX.

Si domus. Si tota utilitas rei pertinet ad usuarium, etiam ad ipsum solum pertinebūt expensæ refectionis. Sed si ad usuarium & dominū pertineat utilitas, expensæ similiter ad utrunque pertinebunt. h. d. & idem dici potest de cultura fundi: sicut intelligo s̄. eo. l. si habitatio. §. fi. Paul.

L E X LX.

1 *Vsum iuxta usuarij necessitatem constitui. Et quid in usufructu.*
2 *Actum non ob ad uitiari, quòd occasionaliter succedent offendat iuris disposi tionem, si primum ritè & secundum iura dispositum est.*

V Sus pars. Seruitus vsus est indiuisibilis, sed vsusf. diuisibilis. h. d. quod intelligit̄ duobus
modis s̄m glo. Primo quo ad ius. l. vt istius seruitutis vsus non possit pro parte constitui, nec pro parte peri,
nec pro parte ad hæredes trāsmitti, sed insolidum: secus in vsusfr.
vt l. 5. s̄. de usufr. Secundo quo ad rem, in qua constituitur, quia
vsus non pōt constitui in parte rei pro indiuiso, sicut nec aliæ ser
uitutes, vt j. de seru. l. pro parte, secus in vsufr. ut d. l. 5. & est ratio
a diffæ in vtroq. dicto s̄m gl. q̄a † vsus constituitur s̄m necessitatem
vsuarij. quæ interdum pōt esse in plus, interdum in minus. Sed vsusfr. constituitur respectu oium fructuum, & commoditatū rei.
ita intelligitur ex prin. & ex fin. gl. quæ verba non habent saporē.
Nam licet usus constituatur s̄m necessitatem: tñ res necessariæ
ad vsum pñt diuidi, si eñi indigeo quolibet anno. 5. corbib. frumē
ti, cur nō pōt mihi legari dimidia eorum, quotum indigeo, sicut
dimidia pars fructuum? non video. Item sicut necessitas mea pōt
esse in plus, & minus: & sic fructus pñt esse interdum plures, interdum pauciores. Hæc aūt varietas non impedit quin pro parte
s̄m occurrentiam possit relinqui. Vnde Bar. in l. rem si vsusfr. ad
l. Fal. vī sentire, licet nō explicet, explicat tñ planè in l. stipulones
non diuiduntur. in 4. q. primæ partis. ff. de uerbo. obl. vbi vide, φ
vsusfr. pōt afferre tantam utilitatem respectu partis quantam in
toto respectu totius, iō indiuisibilis est, ut l. executione. §. secunda species, de ver. ob. secus in usu. Sed certe idem est in vsu si bene
consideres. Nam tantam utilitatem afferunt mihi quinq. corbes
respectu quinq. quantam x. respectu x. Die ergo, φ ius vsusfr. cōsistit in acquisitione dñij omnium fructuum, quæ acq̄sitio fieri
pōt pro parte. Item & in parte rei pro indiuiso. Nam si habes rē
cōem cū Titio, & vsumfructum pro indiuiso, & ɔstituis mihi vsumfr. illius partis, quicquid acquirit̄ mihi, pōt videri acqsitū
rōne partis tuæ, non ɔsocij. Sed ius vsus consistit in actu corpo
ris vsuarij principaliter, vel in actu corporis illius rei, in qua vsus
hr̄, ecce de primo si habeo vsum in fundo: vel domo tua: ius meū
consistit in hoc, vt possim ibi habitare, spaciari, & in ɔñtiam, vt
possim inde percipere: qđ ad necessitatē meam sufficit: vt patet in
eadem l. si habitatio. § fi. & l. plenū. §. pter. licèt ergo istud s̄m qđ
venit accessiue, posset fieri pro parte: nō tñ primum: q̄a nō possum p parte habitare, & pro parte nō, licèt possim habitare partē rei: & partē non. Nā partē, quā habito, totā habito, ass. n. oporteret me pro parte diuidere. De secundo si habeo vsum in seruis,
vel animalib. ius meū stat in hoc, vt possim operis eorū vti, non
aūt vt possim pro parte operari. Ex quibus patet, quare vsus nō
pōt ɔstitui in parte rei pro indiuiso: quia cū requiratur ibi actus
corporeus, nō posset vti parte vnius, quin uteret̄ parte alterius,
secus in usufr. qui principalr̄ consistit in iure. Vltimo no. duo in
a gl. primo, φ † qñ aliqd rite & s̄m iura disponit̄, licèt occasionaliter succedat aliquid, qđ ostendat iuris dispōnē, non ppea vitiat̄
actus. Secundo not. in hoc, cum quis legat mihi tertiam partem
usus mihi necessarij, non exprimendo rem in qua legat, vt mihi
legare tertiam partem rerum: quç ad usum mihi necessariæ sunt,
ut tertiam partem uini mihi necessarij, tertiam partem frumenti, tertiam olei, & sic de singulis. Pau. de Cast.

L E X XXI.

Seruus. Habens usum in seruo potest operis eius uti, & qđ usu suo acquirit, sibi acquirit. Item seruitus usus est personalis: & ad hæredem non transmittitur. h. d. eum l. seq.

L E X XXIII.

Diuus. Aliquid permittitur ne legatum sit inutile, quod aliàs non permitteretur: hoc primo. Itē habitans partem domus, totius domus retinet habitationem, hoc secundo. Item vsuarius plus vtendo, quam debeat, non cadit a iure suo. Sed ei præcipiendum est, vt vtatur moderate. hoc tertio. Itē proprietarius non potest statum rei mutare, etiā in melius. hoc quarto, & vltimo, vsque ad fi. tituli.

Vsufructu quemadmo. caueat. Rubr.

L E X PRIMA.

1 *Clausula de utendo arbitrio boni uiri, quid includat.*
2 *Cautela ei qui alium vulnerauit, ubi de morte dubitatur, ut de occiso non teneatur, sed de vulnerato.*
3 *Fideicommissarius seu substitutus cui post hæredis mortem bona restitui debent, quo casu bonorum inuito hærede inuentarium faciat.*
4 *Vsufructuarius rem deteriorem reddens, an a iure suo cadat. Et vsufru. rei curam omnem suscipere uidetur.*
5 *Fructuario de rei poss. deiecto, an priuetur dominus sua ciuili possessione.*

S I cuius. Tres habet partes, primo dicit vsumfructuarium teneri ad duplicē cautionē.
Primo vtendo, fruendo arbitrio boni viri. Secundo
de restituendo rem finito vsufru. Secundo dicit hoc
esse verum, qualiscunq; sit res, in qua vsumfr. habet,
siue sit mobilis, siue immobilis. Item & ex quacunque causa, siue
in vlt. volun. siue inter viuos. Tertio declarat, naturam, & quali
1 tatem dictarum cautionum. Et † primo quo ad primam partem
de vtendo, fruendo arbitrio boni viri. quatuor dicit. l. φ hoc importat, φ rem non faciet deteriorem. Secundo, φ eam tractabit
sicut propriam. Tertio dat consilium, vt ab ipso principio cum
res traditur vsufructuario æstimetur, & redigatur in scriptis, cū
conditionibus, & qualitate rei, vt finito vsufru. possit apparere
verum deteriorata sit, vel non, & inquantum. Quarto dicit hanc
cautionem quo ad istam partem pluries committi. l. totiēs, quotiens deteriorabitur, nec expectatur quousque finiatur. Quo ad
secundam cautionem. s. de restituendo rem finito vsufru. Similiter quatuor dicit. s. φ non committitur, nisi semel vsufru. finito.
Secundo, φ in ea non venit rem dari, sed rem restitui. Cum. n. sit
proprietarij, dari sibi non posset, quod est accipientis facere, nec
ita posset stipulari. Tertio φ interdum non venit reddenda res:
sed æstimatio, si negligentia vsufructuarij proprietas fuerit præscripta. Quarto dicit hanc stipulationem committi qualitercunque vsusfr. sit finitus: imò etiam si nunquam incœpit, nisi subsit
aliqua causa retinendi: quia tunc, licet finito vsufr. stipulatio de
restituendo committatur, tamen pp aliquam causam retinendi,
quæ subest obstat excep. h. d. vsq; ad l. omnis §. si hīs. coniuncta l.
si fructuarius. Secunda pars ibi, hæc stipulo. Tertia ibi, cauere aūt.
2 No. in ver. rectè aūt. optimum ar. φ † si quis est vulneratus, & dubitatur, an vulnus sit mortale, & sic dubitatur, an debeat ex eo
mori, vel ex mala custodia, consilium est, vt mittantur ad eū medici, vt videant vulnus, & si dicant non esse mortale, redigat̄ hoc
in scriptis, & si contingat ipsum postea mori censebitur mortuus
ex mala custodia, non ex vulnere, & sic vulnerans nō tenebitur
de occiso, & ad hoc quidam alle. no. istum tex. Bal. Item est in ar.
φ si quis agat peti. hære. possit petere, vt bona lite pen. describantur, vt sciat, an aliquid sit diminutū lite finita, q̄ descriptio permittitur, licet sequestratio phibeatur, ar. hic & j. de ven. in pos.
mit l. j. §. pe. & ibi per Bar. & per And. de Baru. in l. facultas. C. de
3 iu. fil. lib. x. Item est ar. φ † fideicommissarius vlis, cui post mortem
hr̄dis debent bona restitui, si dubitet, φ hæres dilapidet, possit facere inuentariū de reb. inuito hr̄de, vt sciatur adueniente ɔdōne
4 si aliquid diminutū fuerit, & ita pridie de facto dixi. Item no. † φ
licet vsufructuarius rē faciat deteriorem, non ppea cadit a iure
suo, licet teneat̄ ad interesse, secus in emphy. ut C. de sacros. eccl.
auth. qui rem huius, quod dic, ut ibi. Item no. fin. huius l. φ usufructuarius recipit oēm curam rei. Et sic alle. φ efficitur procurator pprietarij ipso iure, ut possit actiones dño competētes rōne
pprietatis in iudiciū intentare noīe pprietarij ut l. j. in fi. de ope.
nou. nunc. per Bar. Vlt. no. gl. singu. quæ est hic in fi. quæ dicit, φ
5 † deiecto vsufructuario dñs non perdit ciuilem possess. quam habet, & est ratio, quia vsufructuarius naturaliter possidet nomine suo, non nomine domini, vt s̄. de acqui. pos. l. naturaliter. ideo
deiectio sua domino nō nocet, nec econtra: secus in colono, qui
possidet nomine domini. Nam ipso deiecto dominus perdidit ciuilem, quam habet in animo, & naturalem quam retinebat per
colonum, ut l. peregre. §. quibus ex. de acqui. pos. secus econtra:
nam deiecto domino, nō perderetur possessio, quam retinet per
colonum, quod dic, ut j. de vi & vi ar. l. j. §. non autem. & l. 3. §. vn
de vi, ubi omnino uide. Pau. de Cast.

LEX

LEX IIII.

Omnes.

§.Si hæres. Si dominus proprietatem alienat, extinguitur cautio, quia nec sibi, nec successori singulari potest committi, & ideo debet successor sibi de nouo prospicere, quod si fecerit, nihilominus in rem agere potest. h.d. Nota ergo actiones personales occasione rei competentes nõ transire ad singulares successores, quod verum, nisi sint in rem scriptæ, vt ĩ. de aqua plu. arc. l. si tertius. §. si prius. No. hic gl. de fidelitate, quæ facit, quod idem sit in emphyteuta.

LEX V.

Huic stipulationi. In hac stipulatione venit dolus vsufructuarij, & successorum eius vniuersalium. Item præstanda est cautio non solum per vsufructuarium, sed etiam per hñtem nudum vsum, vel habitationem vel operas serui, certos reditus, qui nõ possint dici vsus vel vsusfru. h.d. vsque ad l. si vsusfru. nomine. Pone casum in l. idem est, quod legatus est vsusfru. messis, vel vindemiæ, quia in fundo fortè vtrunque nascebatur, quia alia lectu. glo. non placuit.

LEX VII.

1 Emphyteuta si rem emphyteuticam alij in emphyteusim tradat, an eo priore emphyteuta canonem non soluente, possit res a secundo uendicari.

SI vsusfructus nomine. Si cautio per ignorantiam omittatur põt vendicari vt præstetur, vel ipsa cautio de directo condici. Item in vsufr. pecuniæ, duo tamen casus exprimuntur. s. mortis. & capitis dimi. quia non potest aliter extingui. h.d. total.
1 Et no. hic gl. quæ inducit hic in ar. ꝙ † si emphy. dederit rẽ alteri in emphyteusim, & primus emphy. non soluat, possit res vendicari contra secundum emphyteutam. Ex qua glo. no. ꝙ emphyt. potest alteri dare in emphyteusim sine consensu domini. Nam si requireretur consensus, tunc secundus emphyteuta obligaret se domino ad pensionem, & sic non ageretur in subsidium contra ipsum, nec expediret ab eo rem vendicari, vt gl. vult. Idem in feudatario, qui potest alteri dare in feudum sine consensu domini, vt de prohibi. feud. alie. per Federicum. c. j. § j. & ibi no. & plenissime in c. j. de cap. Corradi. Paul. de Cast.

LEX VIII.

Si tibi. Cautiõ pstanda est proprietario. & si vnus est pprietarius, & alter esse speratur, vtriq; præstabitur. Itẽ inter seipsos cauent vsufructuarij, si coniuncti sunt pp spem iuris accre. h.d. hoc vltimũ dictum vr̃ ꝯ gl. quæ est in l. si tibi. s. de vsu. ea. re. quæ vsu consu. Nam hic indistinctè dicit vsufructuarios sibi inuicem inter se cauere, nisi intelligas ſm illam gl. sed iste tex. indistinctè loquit. licet gl. ibi dicat, ꝙ non reperit in proprietate, & mouetur, quia ista l. ibi per gl. non alle. & loquitur indistinctè.

LEX IX.

1 Delegatus Papæ si alium subdelegat reseruato sibi aliquo de iurisdictione, si a subdelegato appelletur, ad quem appellandum sit.
2 Procurator substituendi potestatem habens, si alium in totum substituat, & de substituti mandato dubitetur, qualiter de rato cauere debet. Et quid si sit substitutus in certis duntaxat capitulis.
3 Via directa, quod fieri potest, per circuitum fieri non debet.

SI vsusf. mihi. Si legatarius vsusfr. rogatus sit alteri restituere, si quidem spes est ꝙ iterato redeat vsusfr. ad eum, ipse cauebit proprietario, & fideicommissarius sibi, alias directa via vsufructuarius caue
1 bit proprietario. h.d. Et † no. bonum tex. ad illud quod dicunt canonistæ, ꝙ qñ delegatus Papæ alterum subdelegat seruato sibi aliquo de iurisdictione, a secundo delegato appellatur ad primũ delegatum, sed si sibi nihil reseruauit, appellatur ad primum de-
2 legantem de directo. Item est ar. ꝙ † si procurator habet ptãtem substituendi, & substituat in totũ, tũc substitutus de cuius mandato dubitatur, debeat cauere primum dominum ratum habiturum. Sed si substituit in certis articulis, debebit cauere, ꝙ ipse substituẽs ratum habebit de hoc no. in l. 3. de cur. bon. dan. Item
3 no. ꝙ quando aliquid potest fieri directa via, non debet fieri per circuitum. ad quod l. dominus. de condi. indeb. & in l. cum fundum. §. seruum tuum. si certum peta. Paulus.

1 Legati in diem in legatarium dominium quando transire dicendum sit.

§.Illud sciendum. Qui habet vsumf. tuitione prætoris cauere tenetur. hoc primo. Item si vsufructuarius habet spem habendi proprietatẽ sub certa die cauere non tenebitur. hoc secundo. Item hñs vsumfructum vestium virtute cautionis non tenetur ad deteriorationẽ. licet ipsas attritas reddiderit sine dolo malo suo. hoc tertio. Et si plures sint dñi, cauebitur omnibus pro sua portione. hoc quarto & vlt. Nor ex primo dicto, ꝙ si cauet ille, qui maius ius habet multo magis ille qui minus ius habet, qđ facit, ꝙ si testator grauat illum quem magis diligit, multo magis illum quem minus
1 diligit. Item † no. ex secundo dicto, ꝙ in legatis in diem non transit dñium nisi adueniente die, de quo in l. Sempronius, de usu. le.

LEX X.

Si serui. Si unus ex dñis rei cõis legat suo socio vsumfructũ suæ portionis, cauendum est per legatarium hđi legantis, quia licet per iudicium communi diuidũdo sit puisum quo ad proprietatem, quæ communis est, non tñ quo ad usumfructum, qui unius tantum est. h.d. Paulus.

LEX XI.

Vsu quoque domus. Licet pprietarius una cũ vsufructuario habitet domum, cuius ususfr. relictus erat, nihilominus proprietario cauẽdum est. h.d. Videbatur contrarium, quia postquam proprietarius inhabitabat, uidebatur usufructuarius liberatus a custodia, quasi proprietarius ipsam totam super se receperit, contrarium est uerum, quod est notandum. ad quod ĩ. commo. l. si ut certo, §. si me rogaueris, & §. si de me, & quod ibi no. quod glo. inducit in ar. de scholari, qui recipit equum ad uecturam, ut non minus, teneatur de custodia, licet dominus equi miserit secum famulũ suum, quod no. & adde quod no. in dictis iurib.

LEX XII.

1 Condici a fure, ut licet ita, & a malæfidei possessore. Et an uero, & pleno iure domino detur condictio.

SI vasorum. Si relinquatur vsusfr. vasorum quæ nõ consumuntur, cum proprietas nõ transeat in vsufructuarium, non est præstanda cautio senatusc. s. de restituendo æstimationem finito vsufructu. Sed communis cautio de vtendo fruẽdo arbitrio boni viri, & de restituẽdo eadem vasa, quæ cautio si pſtita non fuit res vendicabitur, non autem condicetur, quia cum condõ sit actio personalis nõ
1 datur domino, nisi contra furem. h.d. Et pp † istum si. semper alleg. hæc. l. Et adde ꝙ sicut potest condici a fure, ita & a malæfidei possessore, ut ĩ. si cer. pet. l. si quis necaussam. §. res pignori. Item hoc verum, ꝙ domino non datur condictio, quãdo est dominus verus, & pleno iure, secus si fictus, vel non habeat plenum ius, sed utile dominium, vt C. de don. quæ sub mo. l. j. & ibi per Cy. & per eundem in l. ea lege. C. de cond. ob causam.

De seruitutibus. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 Seruitutes quatuplici sint in differentia.

SEruitutes. In hac l. j. ponitur diuisio seruitutum, ꝙ aliæ sunt personales, de q. bus in libro præcedẽti, aliæ reales de quibus in libro
1 pręsenti. Tu dic plenius ſm gl. Nam † aliquę sunt merè personales, quæ debentur a persona personæ, ut illa quam quis in seruo habet, ut ſ. de iis qui sunt sui, vel alieni iuris. l. j. aliæ meræ reales, quæ debentur a re rei, de quibus loquitur iste liber. aliæ mistæ partim personales, partim reales, & istæ interdum debentur a re personæ, vt vsusfr. & vsus, & habitatio, de quibus loquitur liber præcedens, reliquæ debentur econtra a psona rei, ut in liberis ascriptitijs fundo, uel alijs ascriptitiis, & censitis, de quibus in l. Titio. §. Titio, & de agricol. & censit. per totum, sunt & quædam alia iura, quæ non dicuntur seruitutes, sed iura personalia, quod dic, ut dixi in l. si quis binas. de vsufructu. Paulus.

LEX III.

1 Emphyteuta atque superficiarius, num seruitutem rei imponere possint. Et ius emphyteu. & superficiei seruitus num dicatur.

1 SEruitutes prædiorum. Non summaĩ. No. gl. ꝙ † emphyteuta & superficiarius possunt imponere seruitutem, quod intellige duraturam quousque durabit ius eorum, sed ipso extincto extinguitur seruitus per ipsos imposita. ut ar. ĩ. de pig. l. vectiga. fundo facit de leg. 2. l. peto. §. prædium. de don. inter uir. & uxo. & de don. post diuor. rest. c. nuper. pro quo bene facit. c. 1. de inuest. de re alien. fac. in feu. 10. col. Item no. in ea. gl. ꝙ ius superficiei emphyteuticę non dicitur seruitus rei, in contrarium facit ĩ. de lega. 3. l. si tibi homo. §. fin. ibi, ut ab hac seruitute. Sed dic, ꝙ est seruitus largo modo, ut ibi, non strictè, ut in hac gl. &c.

LEX IIII.

Seruitutes. Seruitutes reales non possunt constitui ex tempore. s. ut post certum tp̃s nõ possint ipso iure competere, nec ad tempus. s. ut post certum tp̃s ipso iure desinãt, nec sub conditione extinctiua. s. ut post euentum certæ conditionis ipso iure extinguatur, siue illa ꝯdõ sit instantanea,

siue

siue successiua, vt quandiu volam, vendicās tamen seruitutem contra id, quod actum est, licet ipso iure non repellatur, repellitur tamen per exceptionem. h. d. secundum verum intellectum gl. & Bar. de quo hic vide plene per eum, & est subtilis lex.

§ **Modum.** In constitutione seruitutis pōt apponi modus. i. ut certo modo vtatur, vel certo tpe, aut post certum tpˢ, nec p hoc interpellatur, uel alteratur sub̃a seruitutis, sed usus tm̃. Item eisdem modis constituitur seruitus realis, quibus & psonalis. Item pōt seruitus in certa parte fundi constitui, & remitti. h. d. vsque ad l. vt pomum. Paul. de Cast.

L E X VIII.

Vt pomum. In eo, quod nō respicit principaliter vtilitatem fundi, sed delectationem psonæ nō constituitur seruitus realis. h. d. princ. ſm intellm quem puto uerū, secus aūt si respiceret in aliquo vtilitatē fundi, sed in pnam delectationē personæ, ut l. alleg. in gl. & sic intelligo istam leg. cū ille, cui iste vius concedebatur, habebat prædium, uel non habebat. Nam si intelligeretur tm̃, cum non habebat, tunc non esset dubium, ut ꝫ. cōia prædio. l. j. Sed an talis concessio, de qua hic loqtur, sit seruitus personalis, uel ius tantum personale, dixi in l. si qs binas. ſ. de vsufructu, & vide hic Bat. Paulus.

§ **Si prędium.** Licet seruitus nō possit pro parte rei pro indiuiso acquiri, potest tamen retineri. h. d. no. uerum de seruitute iam constituta perfecte, secus in constituenda, ut ꝫ. eo. l. pro parte. Pau. de Ca.

L E X IX.

1 *Indefinitam uniuersali æquipollere. Et uniuersalem atque indefinitam modificationem recipere. & restrictionem, de primo habetur infra tit. 2. l. certo. §. primo, ubi uide.*

2 *Ius suum quando quis sine alterius damno consequi potest, non debet illud cū damno quærere, & si iuris rigore id facere queat.*

SI cui simplici. Seruitus simplr constituta totum fundum respicit, non tn̄ debet qs per totum fundū vti, sed p illum locū dūtaxat per quē minus noceatur dn̄o, & postq̄ unū locum elegerit, uariare nō
1 pōt. h. d. Et est pulchra lex. No. † ꝙ indefinita æquiparatur vl̄i, itē ꝙ seruitus est tota in toto, & tota in qualibet parte totius, & quo ad substantiam eius, licet eius vsus restringatur arbitrio boni viri. Item no. ꝙ vl̄is, & indefinita recipiunt modificationem, & restrictionem, & ad hoc semp alle. facit l. ut gradatim §. & si leg. de
2 mun. & hoc. Item no. ꝙ † qn̄ quis potest consequi ius suum sine damno alterius, non dēt cum dāno facere, licet mero iure hoc posset, nam de æquitate repellitur. Vltimo no. ꝙ uia electa semel eligenti pateat. ſ. ꝙ met. cau. l. si mulier. §. fi. Pau. de Cast.

L E X X.

1 *Actus ob id quod ad eum casum deuenit, a quo incipere nequit, an uitietur.*

2 *Seruire sibi res sua num possit.*

Si Iter. Habens seruitutem itineris potest opus facere, sine quo non posset ire commode. h. d. Pau. de Ca.

L E X XI.

Pro parte. Dominus partis pro indiuiso non pōt seruitutē acquirere. & actus imperfectus uitiatē cum uenit ad casum, a quo non pōt incipere. Item non pōt seruitus p parte constitui, nec p parte remitti, uel adimi. h. d. de brocat. lo,
1 an uitietē actus cū uenit ad casum, a quo non pōt incipere, uide Bar. in l. plurib. §. & si placet, de uerb. obl. & p Dy. in c. actū ltime de reg. iur. in 6. In gl. fi. Bar. dicit, ꝙ nec tacite, nec expresse potest diuidi, quia indiuidua est, ut l. j. §. si vlusfr. ad l. Fal. dic ergo, ꝙ to-
3 ta seruitus retineť rōne partis. Et † si dicatur, res propria nemini seruit, uerum est, sed res in qua quis habet partem pro indiuiso, tota seruire pōt, & pro tota seruitus retinetur, licet constitui nō possit, ut Inst. eo. §. prædiorum. Bar. Paulus.

L E X XIII.

Si tam angusti. Si non ualet quod ago, vt ago, ualeat vt valere pōt. Ad hoc alle. de hoc uide per Cyn. in l. non codicillum. C. de testam. & per Bat. de verb. obl. l. j. §. si quis ita.

L E X XIIII.

1 *Seruitutem si dicam te mihi per stipulationem, uel alium contractum constituisse, & ad huius probationem afferam ꝙ te sciente ac patiente, sim usus, an per id probetur constitutio.*

SEruitutes. Seruitutes hn̄tes cām discontinuā siue sint rusticæ, siue vrbanæ spatio longi tēporis nō pōt pſcribi. h. d. Cuius l. materiā uide plene p Cy. in l. i. e. ti. & p Bar. in l. j. in fi. de aqua plu. arc. & not. gl. q̄ est
1 hic singulr̄ ī eo, qđ dicit, ꝙ si dicā te mihi ꝯstituisse seruitutē itineris p stipl̄onē, uel alium ꝯtum, & ad probōnem huius inducā, ꝙ te sciente & patiente sim usus, per hoc probatur constitutio. Aut ergo lapsus temporis alleg. ad acquisitionē seruitutis, ut qa dico, ꝙ te sciente, & patiente per 10. uel 20. annos eā seruitutem acquisiui tempore, & hoc non prodest, ut in tex. Aut alleg. titulus, & ad probationem tituli hoc affero, non qa dicam iure acquisiuisse per lapsum tēporis, sed per constitutionem, & stipulationem tuam, & ad pbationem huius induco lapsum temporis, & hoc pdest, ut in gl. simile no. C. communi diui. l. pe. & probatur secundum gl. in l. cum de in rem uerso. ꝫ. de vsur. Sed Doc. in l. si certis annis. C. de pac. reprehendunt hanc gl. qa l. cū de in rem verso. loquitur in faciente, & in soluente, quia per lapsum tēporis, sibi præiudicat, ut illa solo possit induci contra eum ad pbationem. Sed nos loquimur in patiente alium ire, quo casu nō reperitur cautum, ut patientia longi tpis induci possit ad probationem. Si enim te sciente, & patiente possiderē rem tuam x. annis, & postea dicerem, ꝙ tu eam mihi uendidisti, & ad probōnem allegem patientiam tuam, certe per hoc non probareť vēditio, sed requiritur uera probō, ut C. de rei ven l. nullo. Bat. autem in l. cū de in rem uerso. sustinet gl. per l. qui in aliena. §. postq̄ de acq. hæred. ubi per patientiam p̄sumitur, & C. de pet. hær. l. si filius. Distinguit tamen, aut loquimur in reb. modici præiudicii, sicut est, ut seruitus uideatur ꝯstituta, uel res uideatur diuisa per locos, & tunc sufficit inducere patientiam ad probōnē huius, ut in hac gl. in illa q. & C. communi diuid. l. pe. Aut in rebus magni præiudicii, ut res uideatur vendita, & tunc non sufficit, & ita intelligit dictum aliorum, quæ uerba signāter no. & adde quod no. in c. peruenit. extra. de censi. Et aduerte, quia per hoc datur occasio mentiendi, & dānandi aīam, quia erit in arbitrio actoris quomodo in istis iuribus formaret petitionem. Et ideo caueat quilibet ne pp mundana amittat animam, ita dicit Ioan. And. in d. c. peruenit, & idem Ioan. Fa. Inst. de ac. §. præiudiciales, in 13. & 14. col. in uer. nunc quæram. Opp. quia vsusfructus non hēt causam continuam, & tamen præscribitur longo tempore, ut l. fin. de longi temporis præscript. Sol. ibi in personali, hic in reali, rationem diuersitatis dic, ut dixi in l. si ego. § j. ꝫ. de pup. vide quæ ibi dixi. Item pro prima gl. vide no. in l. regulariter. de pe. hære. & quod ibi dixi. Paulus.

§ **Seruus.** Ratione iuris priuati, quod quis habet in re sacra, potest acquirere seruitutem, & remittere h. d. No. ergo casum, in quo ratione iuris, quod quis habet in re. licet non sit dominus rei, potest acquirere seruitutem. In ꝯtium facit l. sed & si quid. ī prin. §. fi. ſ. de vsufructu. vbi usufructuarius ratione iuris, quod habet in re non potest acquirere seruitutem, quia non est dominus rei. Sed ibi alter priuatus erat dominus, hic autem in nullius bonis erat. Pau. de Ca.

§ **Publico.** Locus medius impediens commodū seruitutis perueniendi de vno loco ad aliū impedit seruitutem constitui. h. d. Batto. vel si medium extremis repugna impedit extrema coniungi. h. d. facit l. tria prædia. ꝫ. ti. 2.

L E X XV.

Quoties. Non potest imponi seruitus de illo, quod fundi vtilitatem non respicit, & qui dēt seruitutē, debet pati non facere. h. d. tota l. sed Bar. aliter so. ad l. ei fundo, ꝙ ibi licet, non quia eius interfit, habet tamen formam interesse.

L E X XVI.

Ei, qui post. Creditori, & emphyteutæ competit vtilis actio pro seruitute. h. d. Bar. & est rō, qa tales possunt totam rem vendicare, & per consequens omne ius rei, secus in usufructuario, q non potest uendicare rem, sed ius suum tantum. Et ideo nec iura, quæ debentur rei potest uendicare nomine suo, ut l. j. & 2. ſ. si ususfructus petatur, nomine autē proprietatu potest, ut procurator.

L E X XVII.

Viæ, itineris. Seruitutes prædiales sunt indiuisibiles, & ideo non possunt pro parte in stipl̄onem deduci, nec pro parte peti, nec pro parte ad hæredes transmitti. Sed petuntur, & transmittuntur insolidum. h. d. Paul.

L E X XVIII.

Papinianus. Seruitus cōfusa per aditionem debet per legatarium restaurari. h. d. Bar. Not. gl. hic quæ semper alleg. ꝙ cum testtōr legat rem hæredis sui, non trāsit dominium in legatarium, nisi traditione facta, contrarium nota gl. in l. j. C. communia de leg. sed ista tenetur.

L E X XIX.

Ei fundo. De eo, quod nō interest de præsenti interesse tamen potest in futurum, seruitus constitui pōt. h. d. secundum intellectum glo. quæ ponitur ſ. eo. l. quoties.

L E X XX.

Quoties. Qui seruitutem cōstituit, cauere tenetur, quod non impediet utentem, & talis cautio una cū patientia & usu pro traditione habetur. Item pro seruitutibus dantur interdicta possessoria. h. d. & not. istam l. Circa hoc ultimum dic, ꝙ si sunt seruitutes continuæ datur vtile interdictum

vti

vel possidetis, ut ĩ. si serui. ven. l. sicuti. §. dicit igitur Arist. in fin. Sed si discontinuæ, datur interdictum de itinere actuq. priuato, pro quo uide Bar. in l. i. in prin. ĩ. vti poss.

L E X XXI.

1 Oppo. ɔ̃ l. proinde. † q licèt occideris seruum quem promiseram dare sub pęna, nõ tñ tenearis ad pęnã. Nam aut occidisti anteq̃ essem in mora, & tunc non incido in pęnam. quia non possum, modo committere moram, & sine mora non committitur pœna, ut l. lecta. §. sed cum sorte. ĩ. si cer. peta. Aut post morã. & tũc incidi in pœnam culpa mea: & ex illa sum dannificatus, non ex facto tuo, ergo non teneris. Sol. dicit gl. i. q loquitur: quãdo occidisti post morã, sed illo anno non fui in mora, & tradendo seruum poteram euitare pœnam, licet ergo tempore mortis non possem pœnam euitare, quam iam incurreram, tamen quia illo anno euitare potui, uenit illud damnum, sicut utilitas, quam potui illo anno percipere, licèt tempore mortis nõ possem, ut l. ait lex. in prin. quam solutionem no. Tu clarius dic, q licèt per moram incurrissem pœnam, tamen poteram purgare moram, quia non erat dies in obligatione. ut l. qui Romæ. §. Flauius. de uerb. obl. unde occidendo obtulisti mihi facultatem purgãdi morã. & sic teneor ad pęnã, licet seruus mortuus sit. ĩ. tp̃s, quo poteram moram purgare. ut l. cimus. in fi. C. de fideiu. Sol. uero gl. loqu. t, qñ mora non poterat purgari tempore occisionis, ut quia erat dies, & pęna. ut l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipu. Sed quærit gl. sequens, an liberer a pęna cedendo stipulatori ɔ̃ te occisorem actionem l. Aquil. & nõ clare soluit. dic, q aut occidisti antequam in pęnam incurram, & tunc quæstio non est necessaria; quia non possum amodo incurrere, ut s̃. dictum est. Et ideo non teneor actionem cedere, sed penes me remanebit, ut s̃. eo. l. huic scripturæ. in prin. Aut postquam pęnã incurri, & tunc, aut non poteram moram purgare, ut quia erat dies, & pęna, & non liberor a pęnæ cedendo actionem, quia etiam tradendo seruum, si uiueret, non liberarer, ut d. l. magnam. Aut poteram purgare moram, & tunc quæstio est dubia. Nam uř, q liberer cedendo actionem, sicut tradendo seruum si uiueret, ut s̃. tit. j. l. 3. §. si post litem. Sed certe ibi conueniebar ex facto alterius. l. quadrupedis meæ, unde sicut liberor a damno præstando quadrupedem, ita cedendo actionem, quam habeo pro ipso. ut l. quod debetur. ĩ. de pecul. sed hic conuenior ex facto meo. s. ex promissione, & ex mora mea, unde non liberor cedendo actionem, ut C. si cer. pet. l. nõ aduersus, & de actio. & obl. l. eum qui. cum auth. ibi posita. & uide, quod no. per Dy. & Bar. ĩ. sol. mat. l. si maritus. Paulus.

§. Si seruus. Si seruus cũ libertate institutus occisus sit, nec substituto suo uulgari, nec legitimo hæredi.

redi testatoris cõpetit hæc actio ad æstimationẽ serui, vel hẽditatis.h.d.tales.n.obtinent hẽditatẽ iure suo, postq̃ seruus institutus
non adiuit ſm gl. vnde nõ est ei necessaria hæc actio ꝓ hẽditate.
Sed qõ pôt hoc esse, cũ seruus sit statim necessarius hæres post
mortem dñi? Respõdet gl. ꝙ fuit occisus in vita dñi, hoc nõ placet. quia tunc competeret hæc actio dño ad æstimationem, quã
trãsmitteret ad substitutum serui, vel legitimum hæredem, cuius
contrarium hic dicitur. Vel dic secũdum gl. ꝙ fuit institutus sub
conditione, hæc est diuinatio: vnde potes dicere, ꝙ hic nõ erat
necessarius hæres postq̃ habebat substitutum vulgarem: quia vẽ
ipsi per hoc dedisse licentiam abstinendi, & fecisse eum de necessario, voluntarium, vt l.si filius hæres.de lib.& posth.secũdum
communem intellectum, quod ergo ibi dicitur in filio, habet locũ in seruo, quod tene menti, quia est in peregrina materia: nam
quæreres, & forte alibi melius non repentur.

Idem Iulianus. Conditio potestatiua deficiẽs per casum prouenientem ex culpa alterius,
facit deficere legatum: vel institutionem. Sed ꝯ illum cuius defectu, vel culpa deficit, hr̃ recursus. Item spei, quæ nondum certa est, sed ex arbitrio alterius dependet, non fit æstimatio in hac
actione.h.d. Et ad primum dictum semper alleg. iste §.quod examina plene per Cy.in l.j.de inst.& sub.sub condi.fac. & per Bart.
in l.in testamento.de condi.& demon. Paul.de Castro.

§.Idem Iulianus. Licèt tempore mortis seruus esset inutilis, si tamẽ illo anno fuit
vtilis, habetur consideratio illius tẽporis cõtra occisorem, dummodo toto illo anno fuerit in rerum natura. Nam illius tẽporis, quo in rerum natura non fuit, consideratio non habetur. Itẽ
in hac actione consideratur illud, quod quis per iudicium serui
sui poterat consequi.h.d. vsque ad §. hanc actionem. Paul.

1 *Actio legis Aquiliæ quandoque persecutoria, quandoque mere pœnalis est.*
2 *Actione in factum, vel vtili Aquil.intẽtata dup͠lũ sicut in directa venire.*

§.Hanc actionem. Hæc actio datur hæredi, sed nõ in hæredem, nisi quatenus
est locupletior: & cum ea concurrit accusatio legis Cornel. de
sica. Et in confitentem datur in simplum: aduersus negantem
1 datur in duplum h.d.vsq; ad §.si quis hoiem. Circa †primum dictum no.ꝙ hæc actio interdum est mere persecutoria, vt cũ ago
ad illud, quod mihi deest, & tibi adest, vt si occidisti bouẽ meũ,
& carnes comedisti: & tunc datur hæredi, & ꝯ hẽdem. Et si plures tenentur, vno soluente alter liberatur: vt l.j. C.de cond.fur.
interdum est mere pęnalis, vt cũ peto illud quod mihi nõ abest,
nec tibi adest, vt duplum in quo crescit per inficiationem: vel illud quanti plurimi fuit. ĩ.annum: & tunc non datur ꝯ hẽdem,
ante litem contest. post sic, & ita intellige hic, vt in l.j. C.ex delic.
defunc. Item vno soluente alii non liberantur: & ita intellige
l.item Mela.§.sed si plures.ſ.e. interdum ex parte mea est persecutoria, ex parte tua pęnalis, vt si occidisti mihi equum meũ, cuius æstimationẽ peto, nam tunc peto, qđ abest, & tibi non adest,
& in hac eligitur media via. Nam inquantum pœnalis est, non
datur ꝯ hæredem tuum ante litem contestatam, vt hic. Sed inquantum persecutoria est, si plures tenentur, vno soluente, alij
liberantur, vt l.j.§.si plures ſ.de eo per quem fact.est. & no.in d.
l.item Mela.§.si plures. Circa vltimum dictum no.glo.quæ dicit,
ꝙ ille qui negauit. potest pęnitere ante litem contestatã, vt euitet pęnã dupli: post nõ. Tu dic, ꝙ etiam post, dummodo pœniteat, & ꝯfiteaṙ anteq̃ actor sit grauatus in onere probandi. Nam
illud solum facit negãtẽ teneri ad duplum, vt l.eum qui. in prin.
2 de iureiuran. Item † no.in ea.gl.in fi.ꝙ in actione in factum, vel
vtili Aquilia venit duplum, sicut in directa, de hoc vide Roffre.
super actione in factum descendente ex l.Aquil. Paul.de Cast.

1 *Confessio in iudicio facta de cuius contrario constat, an confitenti noceat. Et
cui tum probatio contrarij confessioni incumbat, agenti ne, an confitenti.
num. 2.*
2 *Confessio extraiudicialis probationem inducit, qua tamen in contrarium vicissim probationem recipiat.*

Si quis hominem. Iste est no. §.confessio non nocet cõfitenti, cum de ꝯrio constat per euidentiam facti.h.d. cum l.seq. & prin.seq. Et intelligit
1 †etiam si facta sit confessio in iudicio, & post litem contestatam,
& a sciente. Si verò non prohibetur ꝯrium per facti euidentiam,
sed alio modo: tunc distinguitur, aut facta fuit ante litem cõtestatam: aut post. Item aut a sciente, aut ab errante, quod dic: vt
no.per Cynum. C.de cõfess.l.j.in 1 r.q. vbi declarat hunc§. & per
Bar.in l.non fatetur.de confess. Si verò confessio emanauit extra
iudicium: tunc semper pôt contrarium probari. Sed aliquãdo
requiritur scriptura, aliquando non, vt ĩ.de prob.l.cum de indebito.in fi.& no.C.de non nu.pec.l.generaliter. Quod est verum,
nisi fuerit confessus in scriptis, & scripturam suam postea negauerit, & conuictus fuerit. Nam tunc non potest ꝯrium probare:
ut co.tit.auth.licèt ꝯ qui propriam, & ita intellige glo.magnam
hic circa medium: quæ non usquequaque bene loquitur. Vlti-
3 mo † quæro, cui incumbat onus probandi, an confitenti seruum
se occidisse, ꝙ uiuat: uel agenti, ꝙ mortuus sit. Iste tex.facit pro,
& ꝯ. Tu dic: ꝙ hoc ipso ꝙ confessus est se occidisse præsumitur
ita esse, nisi ꝯrium probetur, ita intellige princ. §.quia confessio
probat ꝯ confitentem. ut l.Publia.in fi ĩ.deposi. Si aũt probauerit ꝯrium, tunc aut per euidentiam facti: ut quia exhibetur seruus uiuus, & non nocet tibi confessio, nec potest ꝯrium probari. Aut probauit per testes, ꝙ uiuebat, sed erat absens, & tũc potest ꝯrium probari per agentem, ꝙ aliquo modo occisus sit, &
hoc probabit per testes idoneiores, uel numero plures, & ita intellige fi.§.fin.in gl.magna.in princ. Item quæro si confessus fuissem seruum meum occidisse: & appareat ipsum mortuum, sed
non abs quo, utrum ex cõfessione tenear? uidetur ꝙ sic, per istũ
§.si quis hominem.in fi. ubi dicitur sufficere, ꝙ a quocũque occisus sit, & ita sentiunt hic gl. In cõtrariũ facit l.proinde. in princ.
ubi si apparet seruum mortuum sua morte non teneris. Sol.puto sic dicendum, quia aut fuisti confessus extra iudicium: & tũc
quandocunque appareat non fuisse mortuum per te, nõ nocet
3 tibi confessio. Nam † cõfessio extraiudicialis facit tñ probationem: ut l.Publia. in fi.deposi. Sed hæc probatio recipit probationem in ꝯrium. Aut fuisti confessus in iudicio, & tũc aut ignoranter, & dic, ut l.non fatetur. de confess. Aut scienter, & tunc
aut apparet de ꝯrio, puta confessus fuisti occidisse gladio, qui apparet mortuus sua morte: & non nocet tibi confessio, ita intelligo.l.proinde.in prin. Nam hoc est notorium facti permanentis, cum ex aspectione oculorum appareat. Aut non probatur
ita notorie, ut quia apparet ipsum occisum gladio, licèt per aliũ,
nam quod alius fecerit, hoc transiuit nec pôt probari ꝑ prospectationẽ oculorũ, & sic nõ est notorium facti permanẽtis. Et isto
casu dico, ꝙ ex cõfessione teneris nec releuat te probatio in contrarium, quia confessio facta in iudicio scienter obligat confitentem. ut l.j.C.de cõfessis. Et ideo non admittitur probatio in contrarium, & ita intelligo §.istum in fi.cum gl.suis. Paulus.

§.Si procurator. Ex confessione facta per procuratorem ipse procurator uel administrator conuenitur.h.d. Sed an conueniatur dñs hoc non apparet. Tu dic, ꝙ aut dedi mandatum ad sic confitendum, & conuenitur dñs, ut hic.in gl.in fi.quam no.pro eo. quod quotidie fit in
instrumentis, quia constituit quis procuratorem ad confitendũ
debitum, nam ex cõfessione ipsorum præiudicabit dño. Aut nõ
dedit hoc mandatum, & tunc aut nullum aliud mandatum habeat, quia erat simplex confessor, & eius confessio dño non nocet, ut l.si defensor.in prin. ĩ.de interro.actio. nisi dñs ratum habebat. Aut habebat generale mandatum ad agendum, & defendendum, & tunc aut confitetur per modum uoluntariæ iurisdictionis, puta, non interrogatus nec coactus per iudicem, uel extra iudicium, & tunc conuenitur procurator, & non dñs, & ita
debet intelligi hic. Aut per modum iurisdictionis contentiosæ,
ut quia coactus fuit per iudicem respondere libello uel positionibus actoris, & tunc conuenitur dñs ex hac cõfessione, nõ procurator: ut l.non solum in princ. de procu.& plene per Cyn. de
confess.l.j.in 14.q. & per Bart.in l.certum. §.sed an & ipsos. ĩ.de
confessis.licèt Pet. ad istum. §. uideatur alium intellectum dare,
iste tamen uerior. Pau.de Castro.

LEX XXVII.

1 *Rem corrumpi quot modis dicatur.*
2 *Verbum simplex compositi significationem importare. Et post specierum
enumerationem consuetam clausulam adjci.*

L.Si seruus seruum.

§.Inquit lex. Iste est bonus §.cum seq. usque huc exposuit uerbum iusserit, quod est in tertio capite l.Aquil. hic exponit uerbum ruperit: & hoc facit usque ad
§.si calicem. Et primo exponit significationem compositi. Secundo significationẽ simplicis. Tertio mistum tractat de utriusque. Secunda ibi rupisse, tertia ibi in §. si quis uestimẽta.& h.d.
4 Rumpi dicitur omne illud, quod corrumpitur. Et † corrũpi potest res trib. modis. l.cum ipsum corpus rei non mutatur, sed aliquid amittitur, ex quo deterior redditur. Item cũ ipsum corpus
rei mutatur, non tamen perditur. Item, & cum perditur ex toto.
Primo tamen casu, non competit hæc actio directa, sed utilis, uel
in factum. Secũdo uero, & tertio competit directa. Item adusta
corrupti appellatione continentur, quæ pręmittuntur in uerbis
l.Aquiliæ tãquam species, & subijcitur uerbũ ruperit. tanquam
2 genus.h.d.usque ad §.rupisse. Et † no.ꝙ uerbum simplex importat significationem compositi. Item no.fi.ꝙ post enumerationem specierum solet adijci generalis clausula. Et ad hoc alleg.
In qua generali non continentur species enumeratæ, sed ad alia
referri: ut l.doli clausula. ĩ.de uerb.obl. & l.stipulationẽ. §.cões.

1 *Percussio & vulnus quid sint. Et quid in statuto cauente de percutiente, &
vulnerante singulis eorum constituta pęna.*

§.Rupisse. Hic exponitur uerbum rũpi, prout capiť in significatione simplicis. & dicit, ꝙ rumpi dr̃
illud, qđ uulnerat, uel scindiť, aut percutitur. Itẽ uulnerari dr̃ cũ
scinditur.

scinditur. percuti vero etiam cũ non scindit, sed tumor infertur. Item pro talibus tunc competit hæc actio, cum damnum pecuniarium resultat, secus, si sola contumelia, quia tunc iniuriarum actio tantum locũ habet. h.d. Et no. tria verba. s. rumpere percutere, & vulnerare. primum est generalis comprehẽdens alia duo. Secundum est minus generale comprehendens tertium tãtum. Sed ipsum tertium est speciale. Item nota. ex hoc differentiam
5 inter percussionem, & vulnus. Nam † percussio est tactus cutis, vel corporis cum tumore, vulnus vero est scissio cutis, vnde licèt omne vulnus sit percussio, non tamen econtra. Ex hoc determinatur quæstio, si statutum dicit, ꝙ qui facit vulnus, puniatur in centum, qui verò simpliciter percurit in quinquaginta, & probatum sit, ꝙ percussit: non tamen, ꝙ cutem sciderit, vel sanguis exiuerit, non debet puniri tanquam de vulnere, quod est verum, nisi ex aliquibus aliis contrarium appareat: puta si testes dicũt, ꝙ percussit cum gladio in personam. Nam gladius est aptus ad sciendum, vt l. pignore. infra de furtis. & ad l. Iul. de vi. pub. l. pen. §. telorum. vnde hoc ipso videtur probatum vulnus, & ita consuluit Bar. in consilio quod incipit, statuto communis Perusii, & adde quod no. per ipsum in l. libellorum. de accu. & quod habet in c. cum illorum. de sententia excommunicationis. in tex. & gl.

1 *Impensam faciens in re aliena tanquam suam, non ipsam repetat.*

§. Cæterum.

Hic mistim tractat d̃ ruptis, & corruptis, & diuersis modis corrumpendi de quib. in §§. præcedentibus ponantur plura exempla ad §. si calicem, q̃
1 per te vide. Et † no. §. si oliuã, ꝙ ille, qui facit impensam in re aliena, tanquam in sua non potest repetere. ad hoc al. de hoc dic in l. si in area. de condi. indeb. & C. de rei vend. l. a. & l. domum.

§. Si calicem.

Hic incipit exponere verbum fregerit & durat vsque ad l. quemadmodum. §. hac actione. h.d. Qui fregit rem meam per imperitiam, seu culpam suã, aut dolo, tenetur mihi l. Aquilia. h.d. vsque ad §. si quis seruum: & primo loquitur quãdo fregit rem meam sibi locatã. Secundo quando rem sibi commodatam. Tertiò quando nec locatam, nec commodatam. Secunda ibi, si cum. Tertia ibi, si quis ædificii. No. ex §. si cum maritus, ꝙ si maritus tradit vxori iocalia ad se ornandum, in dubio non videtur donare, sed commodare. & ideo mortuo marito pertinet ad hæredem mariti, & non ad vxorem: secus esset, si videretur donasse. & adde quod nota. per Bart. in l. pen. sol. mat. Item nota. in eo. §. ꝙ constante matrimonio potest esse litigium inter virum, & vxorem, facit l. nõ tantum. & quod ibi no. infra de re iud. Paulus.

§. Si quis seruum.

Si ex imperitia serui mihi locati ad custodiam muli perierit mulus meus, tenetur mihi qui seruum locauit, non ergo sibi: licèt seruus debilitatus sit, sed si prout facto extranei, sic vterque nostrũ tenet ille, tam mihi pro mulo, q̃ locatori pro seruo. h.d. Pau.

§. Item si victori.

Qui cautam p̃stat, vt res mea rumpatur, vel frangatur, tenetur hac actione vtili, nisi præuidere non potuerit damnum. h. d. cum l. seq. in prin. l. seq. Paulus.

LEX XXIX.

1 *Iudicis authoritate cogere possum te, vt tollas, quod in tuo positum non iure habes. Et quid sit propria authoritate tollo.*
2 *Possidens ciuiliter ac naturaliter, an rem ipsius ingredientem propria authoritate repellere queat. Et quid si ciuiliter tantum.*
3 *Episcopus habens iurisdictionem in loco tollit ac frangit quicquid ad impediendam suæ iurisdictionis executionem, constructum est.*

L. Quemadmodum.

§. Si protectum.

Vulgaris §. est & semper alle. quod in alieno est, licèt iure non pẽdeat, authoritate propria tollere, vel frangere non licèt. aliàs teneor, hac actione secus si in meo non iure positũ sit. h.d. Et est bonus
1 § No. † ꝙ licet possim te cogere per iudicem ad tollẽdum aliqd, quod nõ iure positum habes in tuo, si propria authoritate facio, perinde teneor, ac si iure positum haberes, & sic propria præsumptio facit licitum uideri ex parte alterius, quod erat illicitum. Itẽ no. ꝙ illud, quod in meo non iure sit positũ, possum authoritate propria tollere, facit l. si vitem. §. ad ianuã. quod vi aut clam. vbi
2 omnino vide tex. cum glo. Ex hoc † dicimus, ꝙ ille qui possidet rem ciuiliter, & naturaliter, potest ingredientem propria authoritate repellere. Et idem si possidet ciuiliter tantum, nam potest repellere clãdestinũ ingressorũ, ut infra uti possid. l. j. §. inductũ, & ibi no. per glo. & Bart. Idem est, si iustam detentionem habet, licèt non possideat ciuiliter, uel naturaliter, vt l. hæc autem. §. si. quibus ex causis in possessionẽ eatur. & nota. in l. j. §. necessario.
3 ꝟ. si mulier ven. no. Item † per ista dicit Innoc. ꝙ episcopus q hẽt iurisdictionem in loco potest tollere, vel frangere quicquid constructum est ad impediendum executionem iurisdictionis, & idẽ no. in c. j. de immu. eccl. per istum tex. vbi omnino vide per eum, quia plura bona dicit, & adde l. si seruus. C. quod cũ eo. & quod not. in Spec. de loca. §. nunc aliqua. ver. 48.

§. Si nauis.

Si nauis vnius damnum dederit naui alterius culpa nautarum, hæc actio competit ꝯ illos qui fuerunt in culpa, nec refert, an vi impulsus acciderit. an naue damnum dante. Et quando ad damnum fit æstimatio, interesse non dẽt æstimari, quod erat incertum, & a casu pendebat sed quod erat certum. hoc dicit in effectu usque ad §. hac actione. Paulus de castro.

§. Hac actione.

§. tertio capite. usque huc tractauit de modis, per quos damnum infertur: hic de rebus in quibus ĩfertur, vel personis per quas infertur, pro morte uero animalium, quæ numero pecudum non continentur, competit hæc actio ex tertio capite l. Aquil. h.d.

2 *Defendere se ei non licèt, qui licite capi potest. Et quid si tunc se defendat, & ibidem occidatur. an mors pœnam aduersus occidentem desiderat.*
Dicta in uno legis, uel statuti capitulo in alio repetita censeri.

§. Magistratus.

Si magistratus alicui det iniuste dãnũ tenetur hac actione directa, uel vtili, aut in factum, secundum qualitatem damni dati, secus si iuste fecit, nec eius culpa, uel dolus interuenit. Item uerba quanti plurimi posita in capite l. Aquiliæ censentur repetita in tertio
5 capite, licet dictum nõ sit expresse. h.d. vsque ad fi. l. No. † §. magistratus. in fi. ꝙ quando quis potest licite capi, non est licitum sibi se defendere, & si hoc faciat, & occidatur, nulla pœna resultat, quod facit cõtra bannitos qui ex forma statuti possunt capi per quem libet priuatum, ut si aliquis voluerit eum capere, & ipse se defendendo fuerit occisus, nõ puniatur occidens, quod uidetur hic expresse, & in l. si seruus C. de his qui ad eccl. confugiunt, &
2 ibi uide per Docto. Item † no. fin. l. quod dicta in uno cap. l. uel statuto censentur in alio ca. repetita, de quo vide plene per Bar. in l. prætor infra ui bon. rap. & in l. talis scriptura in fin. de legat. primo.

LEX XXX.

1 *Præscriptio 30. ann. in actionibus personalibus num de iure florum fuerit. Et extincto principali accessorium quandoque durare.*

QVOccidit.

Hic incipit mistim tractare de primo, & tertio capite l. Aqui. & h. d. Qui seruum alterius licite occid, hac actione non tenetur. Si uero seruum alterius alteri obligatum occidat, tenetur creditori usque ad summam crediti, si sua interest, ut quia non poterat debitum consequi, nisi per retentionem ui, tenetur debitori in eo, quod summã debiti excedit. Itẽ quod creditor per hanc actionem consequitur, in debito imputatur.
5 h.d. cum §. seq. Et † no. glo. super uerbo, amisit, quæ dicit ꝙ præscriptio xxx. annorum in actionibus personalibus non erat intenta de iure florum, quæ gl. frequenter alle. Item no. ꝙ extincto principali durat accessorium. l. pignoris, facit quod no. ꝟ. fam. ercis. l. si pignori. & C. de luitione pig. l. intelligere. & in l. a. & quod ibi no. per Cy. C. de iudic. Paulus.

§. Si quis alienam.

Qui rem alienam consumit eo usu ad quem inuenta est non tenetur hac actione directa, sed utili. h.d. Simile in actione de paupere. Nam si canis tuus comedit carnes meas, uel porcus farinam, non competit illa actio directa, sed utilis, ut in l. j. post prin. ꝟ. tit. j. & ibi dixi. Paulus de Castro.

5 *Culpa non vacat, qui quod euenire potest non præuidet. Et ibidem cautela pro eo, qui aliquem mortificè uulnerauit, ut de occiso non teneatur.*

§. In hac quoque.

Siue dolo, siue culpa quis alteri damnũ dederit, hac actione tenetur, & dr̃ culpam committere, ẽt si non intendat damnũ dare, si tamẽ negligẽter se habuit, uel inaduertenter ubi debuit diligentiam adhibere. Item si ex uulnere nõ mortifero quis ꝑpter negligentiam mortuus sit, non tenetur uulnerãs de occiso, sed
1 de uulnerato tantum. h.d. usq. ad fi. Not. † ꝙ in culpa est, qui nõ præuidet, quod uerisimiliter euenire potest. Item nota ultimũ casum ad excusationem illorum qui aliquem nõ mortifere uulnerant, & ꝑꝑ malum regimen moritur, ut non teneatur de occiso, est ergo cautela ut faciant uideri per medicos uulnera, qui dicant non esse mortalia, & faciant redigi in scriptis dicta ipsorũ, ut si postea moriatur per illas depositiones, excusentur, bene faciet etiã iudex, si personaliter accedat ad uidendum uulnera, ut ꝟ. finium regun. l. si irruptione. §. ad officium, & ibi dixi.

LEX XXX

SI putator.

Qui aliud ex alto proiiciendo in loco per quem publice transitur aliquem læserit, siue in publico, siue priuato, tenetur hac actione nisi taliter denuntiauerit, ut periculum euitare possit: secus si nõ publicè per locũ transitus erat. h.d. Et no. illud ad quod alleg. ꝙ nõ tenetur quis diuinare. Simile in l. si fideiussor. in prin. ꝟ. man. Item nota ꝙ denuntiatio tarde facta, ut non prosit illi, cui fit, non releuat denuntiantem. Paulus

LEXX XXXII.

Illud.

Sicut in furto facto a familia, oẽs de familia reputantur pro uno, ut censeatur unum furtum, & unica æstimatio

mario præstetur sic, & in dãno dato ab ea ..., quia subest eadẽ rõ. h. d. No. ... est eadẽ rõ, ... & ad hoc all. ... est vulg. gl. & alie. cõcord. ... adde l. ff. C. ad l. Fal. de verb. obl. l. a Titio. & de transac. c. inter corporalia. intra de iniusto. test. l. 3. Paulus.

1 *An pœna iniuriæ infundatur cum pœna vulneris.*

§. Si idem. Ille est no. §. qui primo vulnerat, & ex intervallo occidit, de vtroque tenetur. Si vero in continenti, de occiso tãtum, quia vulnera cũ morte cõfunduntur. h. d. No. † ex hoc sol. qõnis, si sit statutũ, ꝙ qui aliquem fuerit aggressus cum armis puniatur in centum: aliud statutũ dicit, ꝙ qui aliquẽ vulnerauit, puniatur in cc. modo aliquis cũ armis aliquẽ insultauit, & ipsum vulnerauit, q̃ritur an teneatur de insultu: & de vulnere: & sic in 300. an. de vulnere tm̃. & sic in 200. Rñdetur per hunc § Aut in ipso insultu vulnerauit: & tunc de vulnere tm̃, quia insultus confunditur cum vulnere: aut non. tũc, sed ex interuallo, quod est si diuertit ad extraneos actus, & iterato rediuit ad eũ & vulnerauit, & tunc tenetur de vtroque, per istũ no. §. de quo vide, quod no. per gl. & Doc. C. de acc. l. quæ de crimine. & adde omnino, quod no. Bar. ĩ. de adul. l. & si amicis. §. j. Specu. in in tit. de sententia §. j. ver. sed pone. Paul. de Cast.

LEX XXXIII.

1 *Quis dicatur damnum pati, & qualiter æstimatur in pretium.*

Si seruum. In hac actione non dẽt res æstimari ſm affectionem damnũ passi, sed secundũ qđ cõiter valet. Itẽ ꝙ si rẽ possidet, tm̃ dr̃ habere, quantũ valet cõiter, non 1 quantũ attendit affectio propria, vel alterius. † Itẽ dãnũ dr̃ quis pati siue perdat, qđ habet, siue non acquisiuit, quod potuit. h. d. Et adde, ꝙ pretia rerum considerantur secundum quantitatem redituum, vt ĩ. de le. j. l. si fundum per fideicom. & de reb. co. l. si fundus. & C. de rescin. uen. l. si quos. Itẽ aliqñ debet attẽdi, quod põt percipi. ĩ. 20. an. ut in Auth. de non alie. §. quia uero leonis, & adde quod no. in c. cum causam. de testi. Vltimo an affectio alterius sit cõsideranda dic, ut in l. cũ seruus. & ibi per Bar. ĩ. mãda.

LEX XXXIIII.

Titio. Si seruus duob. legatus per aliquẽ occidatur, & alter ipsorum legatũ repudiet, competit hęc actio in solidũ alteri ꝑ ius accrescendi: uel no decrescẽdi. h. d. cũ l. seq. & prin. se.

§. Si dominus. Actio quæ nõ põt cõpetere defuncto, nec ẽt hæredi suo, nec ex eius persona. h. d. uel sic, ut magis declaretur, si seruus quem dñs cũ libertate instituit, ꝑ aliũ mortifere uulneret, & anteq̃ moriat, sit effectus liber & hæres: actio q̃ cõpetebat dño non transmittitur ad eũ, nec ad hæredem ipsius: quia nõ debet suiipsius æstimationem, sed ad cohæredem eius pro portione hæreditaria transmittitur. h. d. Ibi in tex. iusserit, supple & dictus seruus post mortẽ dñi superuixit, & sic effectus fuit liber, & hæres: postea decessit ex eisdẽ uulnerib. relicto Mæuio hærede, quærit, an Mæuio cõpetet hęc actio pro æstimatione serui, quæ incępit competere dño statim illatis uulnerib. quæ cõstabat esse mortalia, ut ĩ. e. l. ita uulneratus, & respondetur: ꝙ non, quia dñs non transmisit eam ad seruum ne sequat incõueniens ꝙ quis petat æstimationẽ suiipsius, ergo nec seruus ad Mæuium: quia nõ potuit plus transmittere, q̃ haberet, & iste est effectus. Aget ex transmissione sibi facta per dñm, qui licèt non transmiserit ad seruũ, trãsmisit ad cohæredẽ, quia cessat absurditas, & sic no. ꝙ qñ defuncto competit aliqua actio, quæ non potest transmitti ad aliquem ex hæredib. nõ propterea ea transmittitur in solidum ad alios, sed pro portionibus tm̃ hæreditatis. quod tene menti: secus in seruo cõi, qui si stipulatur aliquid, quod uni ex dominis acquiri non potest, quæritur alteri in solidum, ut supra de usufru. l. sed & si quid. §. si seruus fructuarius, & in l. proinde, cum pluribus alis, de stipu. seruo, quod est notandum, & uix alibi repenes. Paul. de Castro.

LEX XXXVI.

Liber homo. Pro damno dato iussu alterius tenetur mandans & mãdatarius, si non habebat mandans ius imperandi: aliàs tenetur mandans tm̃ si factum non erat atrox. Sed si erat, tenetur uterque. h. d. tex. cũ gl. Et nota eã maximè in distinctione, quã ponit circa finẽ, q̃ est bona, & clara, q̃ fuit gl. Azo. in summa quam recitat Roff. de uerbo ad uerbum super hoc titulo, licèt glo. hic non faciat de Azon. mentionem.

§. Si quadrupes. In hac actione non solũ uenit æstimatio rei interemptæ, sed etiã dãnum, quod quis propter interitum sentit, quod tamen euitare poterat, si non esset interempta. Item si seruus meus a te bona fide possessus per seruum tuũ occidatur, cõpetit mihi hæc actio noxalis. h. d. cum l. seq.

LEX XL.

Quamuis. Qui reperit alienũ animal in fundo suo dans sibi damnum, nõ debet ipsum lædere, uel includere animo cęlandi, sed potest ipsum sine læsione expellere, uel dño denuntiare: ut recipiat. h. d. & est pulchra l. quam declarat Roff. in tit. si quadru. pau. fe. dica. circa fi. tene menti, quia secũdũ Roff. quotidie quæritur a rusticis de casu huius l. Et uide cũ

Intit. de pastu pecorum, qui ponit, unde habuerunt originẽ leges Longobad. & vnde ... Longobardi habuerunt originem, aliud ius est Federici. Paulus.

LEX XLI.

In lege. Si quis deleuerit testamentum alterius, nõ tenetur testatori hac actione, sed hęredi, vel legatariis sic, qui vero ipsum extraneis publicauerit, tenetur actione iniuriarum, sed actione furti pro testamento deleto non tenetur, cũ non habuerit animum furandi. Item cum hac actione concurrit actio depositi, & ad exhibendum. h. d. cum l. seq. Et no. ꝙ in quantum dicit testatori non competere hãc actionem pro testamẽto deleto, debet intelligi, qñ fuit deletum in eius vita, tũc ergo nõ competit pro æstimatione testamenti. i. eius, quod in testamẽto continetur, cum possit aliud testm̃ facere, & sic non est damnificatus: sed pro æstimatione pergameni, & etiam salario notarij secundum gloss. nam oportet illam expensam iterum facere, quod non fecisset. In eo uero quod dicit, hæredi vel legatario cõpetere, debet intelligi, quando fuit deletum post mortem testatoris: Nam si in vita, non viderentur hæres vel legatarij damnificari, cum testator posset testamentum reuocare, & sic dependebat ex eius arbitrio spes, quam habebam: vnde non debet æstimari, vt s̃. e. l. inde Nera. §. 1. in fi. Item no. ꝙ non dẽt quis reuelare secreta aliena, alias tenetur iniuriatũ, facit ad id, quod dixi ĩ. ad exhiben. l. 3. § penul. Sol. posita in l. qui tabulas. in fi. est vera. Paulus de Castro.

LEX XLIII.

Ob id. Pro damno dato in rebus hæreditarijs hæreditate iacente competit hæredi postea adeunti hæc actio, licèt tempore damni dati non fuerit dominus. h. d. Paulus.

LEX XLV.

1 *Superior sciens subditos delinquere ex delicto eorum tenetur.*

IN lege. Culpa in omittendo consistens ẽt si leuissima sit, punit̃ hoc primo. Item pro damno dato a seruo alterius dño sciente & patiente tenet̃ dñs, ac si ipse dedisset, cũ possit ꝓhibere, hoc secundo, Item licèt seruus vulneratus sanet̃. adhuc tñ tenetur vulnerans pro expensis medicinæ, vel damnis debilitationis. hoc tertio. Item hæc actio cõpetit ꝑter propositum damnum dantis, cum dabat opem rei illicitæ, hoc quarto. Item si duo ad inuicem colludant, & alter damnum recipiat, non tenetur alter, nisi appareat, ꝙ dolo damnum recipiat, non tenetur alter nisi appareat, ꝙ dolo damnum dederit. h. d. usque ad l. scientiam § q cum aliter Et not. primũ dictum de culpa leuissima, q̃ consistit in faciendo. pro quo uide qđ no in. l. si mora. sol. mat. & ĩ de pę. l. respiciendum. § de-
1 linquunt per glo. & Bar. Nota† prio c. l. scientiam. ꝙ dominus superior sciens subditos suos delinquentes. tenetur ex dilicto, quod no. Paulo de Castro.

1 *Defensionem quæ in alio lædendo consistit stricti iuris esse, ut quo ad impunitatem offendentem non egrediatur. Et quid si aprum ferire uolens, quod iure communi licet, hominem feriat, an teneatur.*

2 *Vindictam de iure ciuili nec licitam, nec permissam esse. Et quid si offensus in recenti dolore alium læserit.*

§. Qui cum aliter. Qui se defendendo damnum dederit, offendenti hac actione non tenetur, secus si alteri. Item secus si vlciscendo h. d. notabiliter
1 No. † diligenter: ꝙ defensio quæ consistit in lædendo alium, est stricti iuris, vt sit impunitio a solum quo ad offendentem, nõ quo ad alium. Ex hoc sequitur: ꝙ si quis aliquem lædat dando operam rei licitæ de iure communi, puta quis volendo ferire aprum, ferit hominem, non teneatur, quia ferire aprum sibi licebat de iure communi, sed quando aliquis vult ferire hominem, hoc nõ licet sibi, nisi de iure speciali ꝑp priuilegium defensionis: & iõ si hoc faciendo lædit alium tenetur vt hic, quod not. & ita intellige l. respiciendum §. delinquunt. in fin. infra de pę. & quod ibi not. per Bart. qui alleg. istum tex. sed facit prima facie contra eũ
2 nisi distinguas, ut dixi. Item not. quòd† vindicta non est permissa de iure ciuili, & ad hoc alleg. iste §. & adde quod no. Bar. infra de sicar. l. siue Nota tamen ꝑ licèt uindicta non permittatur: si tamen quis in flagranti dolore aliquem per uindictam læserit, minus punitur, arg. C. de adulter. l. Gracchus unde cum quidam semel aliquem vulnerasset, & uulneratus post eum currit, & occidit, consuluit Bald. me audiente, ꝙ non erat decapitandus, sed mitius puniendus: qa hoc fecit iusto dolore ꝑcompulsus, ut d. l. Gracchus. Paulus.

LEX XLVIII

Si vulnerato. Si postquã fuit actum de vulnere, seruus mortuus sit. potest agi de morte, sed in condemnationem deducerut, quod pro vulnere fuit solutũ. h. d. cum l. seq. Et not. hic argumen. ad q. si statutum dicat, ꝙ ille qui habuit pacem cum offenso, non debeat puniri, & aliquis habuit pacem cum eo quem vulnerauit, & post pacem mortuus sit ex eodem vulnere, an debeat puniri de morte? quæstio stat, vtrum illa pax videatur facta super vulnere tãtũ an super omni eo, qđ

potest

potest sequi ex vulnere, & certè si fuit dictũ expressè ex vulnere, non extenditur ad mortem, vt hic. Sed si simpliciter, videtur extendi ad omne illud, quod sequi potest ex vulnere, argumẽ. ſ. de seruitu. vrb. prædio. l. si seruitus. De hac quæstione vide plenè per Bar. in l. damni §. Sabini, de damno infecto. Item facit ad q̃stio. Titius vulnerauit quendam, & accusatus fuit criminaliter de vulnere, & punitus secundum formam statuti, postea moritur ille ex illo vulnere, quæritur an debeat puniri de morte. Nã ista. l. loquitur cum primo fuit actum ciuiliter, sed nos loquimur cum primo fuit punitus criminaliter, de hac quæstio. vide plenè per Bat. in simili ĩ. de accusatio. l. senatus. Paulus.

L E X L.

Si quis fumo. Qui non occidit, sed causam mortis p̃stat tenetur actione in factum. Item in hac actione venit damnum, quod non iure datur, nec videtur damnum per iniuriam dare, qui dum prodesse contendit rei suę, destruit rem alterius, quæ simili modo esset peritura etiam si nõ destruxisset. h. d. tota l. & declara §. per l. si alius §. est & alia. infra quod vi aut clam.

L E X LI.

1 *Etymologia num efficax præstet argumentum.*

2 *Vulnerans mortiferè quod & constat, perinde statim tenetur, atque si prorsus occidisset. Et quid si alius irruerit, qui omnino occidat, an prima cum vltimis vulnerib. confundantur, vt de occiso prior lædens non teneatur.*

3 *Mors in vno eodem homine duplex considerari potest. Et annus, quot dies habeat.*

4 *Absurdum vnum per aliud absurdius tollitur. Et absurdius esse maleficia impunita relinqui, quàm nocentes absolui.*

ITa vulneratus. Ista est pulchra. lex Bal. si vnus mortaliter vulnerat, & alter occidit, vterque tenetur de occiso. h. d. tota lex. Not. † primo ibi tracta. videlicet, ꝙ & licitũ est arguere ab etymologia vo-
2 cabuli, concor. infra si cer. pet. l. 2. §. appellata. Secundo † not. ꝙ cum quis aliquem mortaliter vulnerat, & certum est vulnus esse mortale, statim tenetur ac si occidisset. Sed vtrum possit statim accusari criminaliter antequam moriatur? dic, vt no. in l. dãni. §. Sabini, de dam. insec. Si vero non constabat esse mortale, tunc expectatur euentus, vt ſ. e. l. huic scripturæ. Tertio not. ꝙ si alius postea occidat, etiam ipse de occiso tenetur, & sic vulnera prima non confunduntur cum morte, nec econtra. & hoc qñ inferuntur a diuersis, siue incontinenti, siue ex interuallo, vt ſ. e. l. illud. §. fi. Et aduerte diligenter, quia qñ primo vulnerat, deinde occidit ex interuallo, dr̃ ibi simpliciter, ꝙ tenetur de vulnere, & de morte, nec distinguitur, an vulnus primum fuerit mortale, vel non. vnde etiam si sit mortale non vr̃, ꝙ teneatur pro illo, nisi de vulnere. ne vnus, & idem de duplici morte eiusdem hominis teneatur, quod esset inhumanum. Sed quando inferunt a diuersis, tunc vterque tenetur de occiso, vt hic, quod tene mẽ-
3 ti: quia per illum § limitatur ista l. & ille per istam l. Item † not. ꝙ in vno. & eod. homine potest considerari duplex mors. l. ficta. &
4 vera. Item no. ꝙ annus habet ccclxv. dies. Item † ꝙ absurdum tollitur per absurdius. i. vt vitetur absurdius permittitur absurdum. Item not. ꝙ absurdius est maleficia remanere impunita, quàm nocentes absoluere. Paulus.

L E X LIIII.

L. Si ex plagis.

§. In cliuo. Si per mulum vnius detur alteri damnũ culpa illorum q̃ aĩalia regũt, tenẽt illi, qui fuerũt in culpa hac actione, sed si culpa ipsorũ non fuit in cã. sed feritas animalium, tenetur dñs animaliũ, actione de pauperie. Si uerò neutrum in causa fuit, tunc neuter tenetur, nec regẽtes nec dñs animalium. h. d. Et no. tex. ibi, quia respondi ius esse in causa positum & c. qui quotidie all. ꝙ ex facto ius oritur. Paulus.

§. Quidam. Pro damno dato seruo tuo ab animali tibi vendito, postq̃ factũ fuit tuũ per traditionem, non potes agere ꝯ venditorem. Sed si antequã sit factũ, agere potes, nisi culpa ipsius serui datum sit. h. d. Vel dic, ꝙ non facit differentiam, an sit factũ tuum, vel non, sed an emptio sit perfecta. vel non. Et hæc videtur magis amica literæ. Paulus.

§. Cum pila. Si unus ex ludentib. ab altero damnum recipiat in ludo, non hẽt hanc actionem & qui dat causam damni, tenetur actione in factũ. h. d. cum l. se.

L E X LV.

Legis. Ista est notabilis lex. & singularis cũ l. seq. Si creditor rem debitam interimat ante moram debitoris, liberatur debitor. Et habet hanc actionẽ contra occidẽtẽ: sed si post moram, liberatur, non tamẽ habet actionẽ. h. d. no. Et no. pro declaratione huius l. tres casus. Nam interdũ ipse debitor rem debitam interimit, interdum extraneus, interdũ ipse creditor. Primo casu ꝑpetuatur obligatio, ut in l. si ex legati causa, in fin. & l. si seruum, de ver. obl. Secũdo casu aut extraneus interimit in perniciem creditoris, & tunc liberatur debitor, nec vllã habet actionem contra occidentem, sed ipse creditor hẽt actionem de dolo cõtra occisorem, ita intelligitur l. arbitrio. §. fi. ſ. de dolo. Si verò fecit in perniciem debitoris, vel dubitaĩ, daĩ actio l. Aquilię debitori, vt ſ. e. l. huic scripturæ, in prin. Sed an teneaĩ illã cedere debitor, vel non, vr̃ ꝙ sic, per illum tex. in contrarium tamen facit.

Finium regundorum. Rubrica.

Visum est supra de realibus actionib. Item de personalib. in rem scriptis, hic ponit de quibusdam mixtis tam in rem q̃ in personã, vt patet Insti. de act. §. q̃dam, & in l. j. huius tituli. Sed q̃ro in quibus casibus cõpetat hæc actio? respõdeo. in trib. Primo vt ponantur termini qui nunq̃ fuerũt, puta si habeamus fundum communem pro indiuiso tu, & ego, & diuidimus eũ hac acto, vt habeas tertiam partẽ, & ego duas, certè interest mea, vt termini ponãtur ne in futurum mihi controuersiam facias, & isto casu ponentur expensis amborum, arg. ĩ. l. 4. §. j. versiculo, sed si mensor. Secundo competit, qñ semel fuerunt termini qui postea per te fuerũt turbati. Nam agitur, vt reponanĩ, & tunc fit expẽsis tuis, vt at. ĩ. ad exhib. l. sed & si. §. interdũ. Tertio competit qñ de parte mea aliquid occupasti terminis amotis, vel nõ amotis, tunc agitur vt illam partem restituas, & terminos serues, & de hoc loquitur. l. 4. §. j. ita no. per Cy. C. eo. l. fi. & per Roffr. in libello super hac actione. Et quæ sint necessaria vt hæc actio competat, dic, ut ibi ꝑ eũ. Vltimo no. quod in hac actione cum duabus sequẽ. vterque est actor, & reus, vt ĩ. famil. ercis. l. inter cohæredes. §. qui familiæ, licèt alter principalius altero, ut ſ. de iudi. l. in trib', quod ad quid prosit, habes in c. ex literis. de proba. Paulus de Castro.

L E X P R I M A.

1 *Actio finium regundorum in rem num sit an in personam. Et an stricti iuris, an bonæ fidei. Item an ex contractu, an quasi.*

2 *Actionis finium regundorum a quo tempore incipit præscriptio currere. Et cum aduersus occupatorem competit, quanto tempore præscribantur.*

FInium regundorum actio. Vsq; ad l. 4. §. j quatuor facit. Primo dicit, qualis actio sit, ista, & rñdet, ꝙ mista tam in rẽ, q̃ in personã. Scđo ꝑ quibus prædus cõpetit. Et rñdet, ꝙ pro rusticis tm̃, licèt in ꝯfinio sit paries, uel arbor. Tertio q̃d veniat in hac actione, & rñdet, ꝙ interdũ venisse ad iudicationes. i. cõfinia dirimi, uel termini poni. Nam de parte vnius adiudicatur alteri. & alter sibi in pecunia condemnatur. Quarto pro quota rei competit, & rñdet, ꝙ non solum pro tota,
1 sed ꝑ qualibet parte. h. d. vsque ad l. 4. §. si in iudicio. Quærit † glo. qualiter dicaĩ in personã, uel in rem. Itẽ, an sit bonæfidei, vel stricti iuris, & de his dic, vt in ea. Tertio q̃rit, an sit ex ꝯctu, vel quasi, & rñdet, ꝙ non. Sed est datiua, vt ĩ. e. l. fi. Pe. & alij ꝯ, ꝙ immo est: ex quasi ꝯctu, sicut est actio famil. ercis. & communi diuidundo. vt Insti. de oblig. quæ ex quasi ꝯctu. § item si inter aliquos. Et no ꝑ Cy. C. e. l. fi. Quarto quærit. qñ nascitur. & rñdet, ꝙ ex quo fines turbare cęperunt. Tu dic, ꝙ hoc est verũ, qñ agit ꝑ finib. turbatis, sed si agatur, vt ponãtur fines, qui nunq̃ fuerunt, nasciĩ ex eo die, ex quo ad hoc agi poterat, iuxta ea, quæ dixi in rubrica. Item si agatur pro occupatione partis alterius, nascitur ex die occupationis, vt no. in d. l. fi. per Cynum. Quinto † q̃rit a quo tpe incipit præscriptio. rñdet, ꝙ a die qua possit agi. Alij vero dicũt, ꝙ cum petit, vt fines ponant nunq̃ currit præscriptio, sed cum agitur. ut restituaĩ, quod captum fuit de fundo alterius, tũc currit, de quo per Cy. in l. j. §. ad hoc, de anna. exce. in confinib. aũt episcopatuũ, vel parochiarũ certum est, ꝙ nõ currit præscriptio, ne ex eo confundanĩ diœceses vt in c. super eo. de paroch. & plenè no. xj. q. 3. quicunque & in c inter memoratos. xvj. q. 3. Vltimo quęritur cũ competit ꝯ occupatorem, qualis præscriptio currat, videtur ꝙ xxx. annorum, vt l. fi. C. e. Tu dic, ꝙ aut occupauit sine titulo, & verum est, aut cum titulo, & sufficiunt x. vel xx. ann. ita intelligĩ l. 2. §. sed & si fundum. ĩ. pro empt. & glo. in fi.

1 *Fructus naturales bonæfidei possessor non lucratur. Et quid de industrialibus num. seq.*

3 *Exceptiones si quæ pendente lite fieri debeant, quę tamen vtranque partem respiciãt, ab vtraque parte fieri debere. Et qd si vnã tantũ respiciant partẽ.*

§. Iudici. Hic ponit quod sit officiũ iudicis in hac actione, & respondetur, vt condemnet alterum alteri ad interesse, quod tribus modis consideratur. Primo in fructibus perceptis de parte alterius indebite occupata, qui quidem si naturales sunt, indistinctè ueniunt restituendi. Si uero industriales, nõ dummodo sint percepti bona fide. & sint cõsumpti, alias sic. Secundo consideratur in eo, quod alter soluit pro communi vtilitate, puta agrimensoris, qui terminos posuit. nam alter restituet partem suam. Tertio in eo, quod interest alterius propter alterius contumaciam in nõ parendo iudici. h. d. usque ad §. si dicanĩ. Et no. pro intellectu, ꝙ hic loquitur, quando actio proponitur contra illum, qui occupauit de fundo alterius, quo

casu,

casu aut fines non sunt turbati, nec vertuntur in dubium, & nõ
proponetur hæc actio, sed rei ve[n]d[ic]atio, vt no. per gl. ĩ. eo. l. si ir-
r[u]ptione. aut sunt turbati vel in dubium vertuntur, & tunc pro-
ponetur hæc actio, per q̃ principal[ite]r peteretur fines declarari p iudi-
cem d[e]c esse in tali loco, & in q̃nam implorabitur officium iudi-
cis mercenar[i]um, vt condemnet aduersarium ad restõnem eius,
quod occupauit. Et aduerte, quia magis interest sua implorare
ad hoc officium iudicis, q̃ intentare rei vẽdicationem, qa primo
casu non hẽt necesse probare dñiũ eius, qđ occupatum est. Sed
sufficit probare terminos dẽc esse in tali loco, quæ probatio le-
uius fit, q̃ probatio dñi, cum sufficiant monumenta ẽt priuata, &
alia, q̃ in aliis causis nõ sufficiunt, vt in cap. cum câm. de pbatio:
& ibi no. ĩ. eo. l. in finalib. nam hoc facto, quicquid vltra illos termi
nos occupatum est, restituet. vt ĩ. eo. l. si irruptione. & l. de mõ:
Sed cum agit rei vendicatione, oportet probare dñium, qđ est
difficile, vt no. C. de probationib. cum res. & proponet officium
iudicis ad restõnem omnium fructuum nãlium; ita intelligit pri
1 mum dem §. ẽm gl. tales eñ non lucrat† possessor ẽt bonæfidei.
vt ĩ. de vsu. l. fructu. Tertio proponet ad restõnem fructuum in
dustrialium post litem conte. perceptorum, vt in §. post litẽ. Sed
ante si erat bonæfidei possessor, non veniunt, quia lucratur, si cõ
sumpti sunt: alias veniunt a ɔ̃rio sensu. Sed a malæfi. pñt condici
ɔdõne sine câ, de quo dic, ut l. & ex diuerso. de rei vend. Item no.
2 †diligenter tex. cum gl. q̃ bonæfi. possessor lucratur fructus indu
striales consumptos, ẽt si nõ hẽat meliorem. Item ẽt si factus sit lo
cupletior, quia nihil restituere tenet̃, ẽm gl. hic, & Inst. de officio
iud. circa prin. licet alia gl. quæ est in §. si quis a non dño, Inst. de
re. diu. dicat ɔ̃rium, sed illa variat ẽm Doct. in l. certum. C. de rei
vẽ. licet Bar. aliter dicat in l. & ex diuerso. ɔ̃ quem fortiter facit iste
3 tex. Item † no. in ver. sed si mensor, p quem patet, q̃ si aliquæ exce
ptiones veniunt fiendæ lite pendente, q̃ respiciant vtranq; partẽ,
ab vtraq; debent fieri, puta, si cõmittat cã cõsulenda iurisperitis,
vt iudex pnunciet ẽm dicta eorum. vel si eligantur, q̃ reuideant
computa. facit ĩ. de adul. l. si expostulauit. & ibi no. & ĩ. tit. j. l. ex
re. in prin. & ad l. Falc. l. quantitatis. Sed si respiciant vnam partẽ
tñ, illam solã facere dẽt, vt C. de erog. mili. anno. l. fi. li. ta. Et vide
quod no. in cle. quamuis, de appella. per gl. Pau. de Cast.

1 *Actio ciuilis cum accusatione criminali intentari licet non possit: officium tamen iudicis pro re ciuili potest.*
2 *Index maleficiorum, num de ciuili principaliter cognoscere queat. Et quid incidenter.*

§. Si dicantur. Quæstio finium non solum põt termi-
nari p hanc actionem, sed ẽt incidenter
1 p officiũ iudicis deseruiens actioni criminali. h. d. no. Et† no. q̃ li
cet ciuilis actio non possit simul intentari cum criminali accusa
tione, ut C. q̃n ciuilis actio. l. [1]. otheiũ tñ iudicis p re ciuili sic, vt
hic, & C. de cond. ob turpẽ câm l. quod custodi, & ĩ. de fur. l. inter
2 dum. §. q̃ furem. & ibi uide omnino Bat. Itẽ not. q̃ † iudex malefício-
rum, licet de q̃one ciuili non possit principaliter cognoscere, vt
l. solemus. §. latrunculator ś. de iud. incidenter tñ sic. vt hic. Paul.

Versic. Si alter. Pro duob. fundis diuisis competit hęc
actio, licet vterq; eorum sit plurium
dñorum, & in adiudicationib. quæ fient, q̃libet habebit portio-
nem, quam habet in fundo, sed pro fundo cõi, & indiuiso non
ɔpetit, nec etiam pro cõi, & proprio. h. d. vsque ad §. non solum.
Nota tex. ibi, q̃m magis fundo, q̃ suia datur fundo, vide And. de
Barul. in l. domini, de agricol. & censi. & quod scripsi in l. nutu.
§. fi. de lega. 3. ex eo, quia dñs fundi. Et est arg. q̃ si condemnetur
aliqua apotheca, vel nauis, videatur dominus condemnatus.
Ad hoc facit ĩ. de trib. l. pcuratoris. §. si plures, & de annu. leg.
vbi videtur expressum, & vide ibi Bar. Paulus.

1 *Actionem finium regundorum, num fructuarius, vel creditor ius pignoris habens intentare possint. Et an snia cum ipsis lata domino praeiudicet.*
2 *Confinium à vicinis, quid distet: Et in quibus spectatur.*
3 *Actio finium regundorum, vt competat, quæ sint necessaria.*

§. Non solum. Non solum pro duob. fundis, sed pro
pluribus prædiis hæc actio locum hẽt
hoc primo, & competit tam dño, q̃ habentib. iur in re. h. scdo: p
ædificiis aũt vrbanis non cõpetit, nec ẽt pro rusticis, q̃ non sunt
cõfinia interueniente via publica, vel flumine publico. h. d. vsq;
1 ad l. de domo. † Not. fructuarium, uel creditorem habentem ius
pignoris posse intẽtare hanc actionem. Sed an snia lata cum eis
noceat domino? vĩ q̃ non, nisi sciuerit, & passus fuerit ut l. sæpe
2 de re iud. quia ius eorum separatum est a iure dñi. † Scdo † no. dif
ferentiam inter confinitatem, & vicinitatem. Nam vicinitas pro
prié cadit in prædiis urbanis, ut hic, licet etiam in rusticis cadere
possit, vt ĩ. de aqua pl. ar. l. si tertius, in princi. confinitas autem
pprié non cadit nisi in rusticis. Sed q̃ro, quod remedium dabitur
quem non audietur. Item ab interlocutoria quæ perpetuum fa-
cit præiudicium, & postquam non speraretur reparari in diffinit
riua pôt appellari, ad hoc al egatur. Cum primo concordat. l. si ca.
C. eo. Secundo in l. Papinianus. §. ciuili. & l. ait prætor. §. permit-
titur. ff. de minoribus In tex. minatetur, & hæc fuit causa cur fuit
sibi assignatus terminus ad accusandum. C. de ingen. & ma. l. dif
faman. alias hoc non fieret. C. vt nemo inuitus. l. a. Et intellige, ꝙ
ineptè concepit libellum, & iudex reijciendo libellum ab instan
tia iudicij reum absoluit, & præfixit certum terminum Titiæ ad
accusandum, & non fecit, vt sequitur. Item ex hoc patet, ꝙ duæ
fuerunt sententiæ. In tex. pronuntiare. Sed nunquid solo lapsu
temporis erat exclusa? & dic ꝙ sic, & ita non fuit necesse iterum
pronuntiare l. si ea. C. eo. Sed dic, ꝙ prodest, vt lapsus temporis
fiat notorius, vt non possit modo in dubium reuocari. In tex. ad
uersus quam non prouocauit. dic. ꝙ poterat: cum ista interlocu-
toria perpetuum faciat præiudicium, & reparari non potest per
appellationem ad diffinitiua. ff. de minoribus l. Intra vtile. ff. quo.
appel. non reci ante sententiæ tempus. De irrito. i. de falso. nam
si vellet ipsum dicere nullum ex alia causa, q̃ falsitatis, posset. de
1 peti. hæ. l. Lucius. C. de inoffic. test. l. cum qui No. † ꝙ ubi libel-
lus est ineptè conceptus, absoluitur reus ab obseruatione iudi-
cii l. libellorum. §. ꝙ si libelli. ff. eo. & c. examinata. de iudicijs. cū
2 sim. Item † no. ꝙ iudex ex causa pôt statuere terminū intra quem
faciat, alś secus. l. 1. C. vt nemo inuitus. ¶ Sed nunquid reo potest
assignari ad exceptiones dilatorias, & dic, ꝙ sic, vt in c. pastoralis.
de exceptioni. Quid de peremptorijs? dic, vt ibi, quia communi-
ter tenetur, quod idem, & hoc ponas ff. illam gloss. ꝙ hoc ex isto
3 tex. elicitur, qui hoc non dicit. In † gloss. diffinitiuum. Item nota
hic appellari ab interlocutoria. Sed quid si esset minor, qui pete
ret se restitui aduersus sententiam, uel temporis lapsum, & dic,
ꝙ non appellatur a temporis lapsu, quia a sola sententia appella
tur. Sed petet restitui a temporis lapsu, vel a sententia, & iam ha
bui de facto his diebus. Et dic, ꝙ ab ista interlocutoria, quæ facit
præiudicium perpetuū, postquam non speratur reparari in diffi-
nitiua, & cuius grauamen non tollit diffinitiua, ut absoluo te ab
instantia iudicij, quia soluisti l. harum. si seruitus vendi. potest ap
pellari, alś non appellatur, vt l. ante suum tempus. C. quorum ap
4 pel. non recipi. & hic habet vim diffinitiuæ. Quæritur utrum sen
tentia qua pronuntiatur appellationem fore desertam, sit inter
locutoria uel diffinitiua? Et vr̃, ꝙ sit diffinitiua, quia parat perpe
tuum præiudiciū ergo &c. Item si non esset diffinitiua, posset cō
tra minorem ferri. l. si præses. quomodo, & quādo iudex. Sed cō
trarium est uerum, ꝙ est interlocutoria. per c. fi. de appell. in cle-
cum glo. uimtamen habens diffinitiuæ, & sic ab ea potest appel
lari. Et non obstat primum contrarium, & hoc uerum, si fuit di-
ctum simpliciter, pronuntio appellationem desertam. Secus si
diceret, pronuntio appellationē desertam, & primam sententiam
confirmo, & tunc esset diffinitiua. Sed nunquid quando absolui
tur ab instantia iudicij, sit pars citanda? Bar. dicit, ꝙ vbi impone-
ret finem negotio, & pararetur præiudicium, tunc est uocanda,
vt quia soluisti, te absoluo, secus ubi ferretur ratio ineptitudi-
nis libelli. vide latius per Bar. hic. Paulus.

L E X XX.

1 *Procurator in causa criminali cum admittatur. Et in iure excusatorem defen sorem, & procuratorem respectu criminosi esse.*

Ex iudiciorum. Non summatur. In tex. secu-
ta bona fuerant expressè adē-
pta, secus si tacitè, ut l. j. C. si reus, uel accusa. mor. fuc. in
tex. ex certis uero delictis, scilicet priuatis Paulus.
1 An † in causa criminali possit admitti procurator? & quo ad so-
lutionem. §. publicè. de l. seruum quoq; de procu. sciendum est,
quòd nos habemus excusatorem, defensorem, & procuratorem,
& isti differunt, nam in istis criminibus excusatores admittunť,
vt hic, qui allegent causas facti, puta absentiæ, & tūc admittitur,
vt hic quilibet excusator, siue satisdator de rato, siue maior, siue
minor. Aut loquimur de defensore allegante causam notoriam,
vt quia dicit, ꝙ accusatus de crimine potuit illud facere, quia sta
tutum est. ꝙ bannitus potest interfici, vel quia illa die erat absēs
in alio loco, quàm fuerit crimen commissum, vel dicit domino
iudex recipiatis acta, quia non est probatum contra accusatum,
quia testes sunt uani, & ista sunt notoria, & istis casibus admitti
tur defensor, & ita intelligitur hic, & est ratio in isto casu. Primo,
quia etiam iudex ex suo officio ista tenetur inquirere l. si non de
fendatur. de pœn. Aut loquimur in procuratore, & ille dicitur,
qui habet mandatum. In isto distinguitur, quia aut alle. notoria,
& in istis casibus potest, quia si potest ille, qui non habet manda
tum, multo magis iste. Aut loquimur de procuratore allegante
causas & defensiones, & tunc aut illæ non contingunt crimen,
quia dicit, uos non estis iudex, & sic de similibus, & in hoc casu
admittitur. Aut de procuratore allegante cām causæ, puta exce-
ptiones dilatorias vel peremptorias & in hoc casu non admitti-
tur. & hic est casus huius §. & ita vr̃ hic sentire Bar. Inno. tū hoc
potuit, licet obscure in ca. veniens. de test. Sed quid si sup aliquo
articulo separato. nunquid admittetur procurator? dñs Iacob. de
Butr. dicit, ꝙ sic. per l. 1. & l. si præses. C. de plagi. & disputauit istā
quæstionem. Iac. de Bel. tenuit contrarium, quem tenet hic Bar.
quem vide latius, quia dicit, ꝙ si non contingat principale, quod
potest. aliàs secus, & ita consuluit dominus Bar.

De custodia reorum. Rubrica.

L E X PRIMA.

1 *Carcerem duplicem esse. Et an priuatus incarcerare possit.*
2 *Carcer meri ne, an mixti sit imperij.*
3 *Carcerari quando quis possit, uel non.*

De custodia. Præmitte ad euidentiam ru-
bricæ, ꝙ carcer est duplex q-
dam publicus, quem tenet magistratus, & iste est
permissus, alius quem habet priuatus, qui est pro
hibitus. C. de priuatis carceri. hoc uerum nisi ad
1 † iussum magistratus teneat l. j. C. de fal. mo. & l. 2.
C. de ijs qui latrones. argumentum. ff. eo. l. solent. Item, nisi tene
ret pro illo quem reperit in maleficio, quia potest incarcerare l.
capite quinto. ff. de adul. Item ubi esset timor de fuga. l. interdū.
ff. de fur. & l. ait prætor qui debitorem. de his, quæ in frau. credit.
Aliàs autem qui tenet, incidit in crimine l. Iuliæ maie. quia tur-
3 bat rempublicam. l. fi. C. eo. ti. † Sed nunquid sit meri, vel mixti im
perij? & dic, ꝙ vbi carcer est ad puniendum, & tunc est meri im-
perij. Et aliqn hr̃ carcer ad custodiam, & tunc, aut ille qui habet
carcerem, habet merum imperium, & tunc est meri imperij. Ali-
quando ille qui habet carcerem, habet solum iurisdictionem, vt
homines incarcerare propter debita, & tunc est iurisdictionis,
3 hic tamen certa regula non potest dari. Prima l. non summatur,
Et † dic secundum gl. & melius, ꝙ aut uenit imponēda pœna pe-
cuniaria, & tūc non ponit in carcerib. sed si est bonus homo, tūc
dabit fideiussores. Si autem aliàs esset nobilis homo, & magni
status, & tunc solo uerbo creditur. Si vero nihil haberet, vel esset
dubium, & esset vilis homo, tunc poneretť in carcerib. vt per to-
tum t. de cess. bo. Aut imponiť pœna corporalis, & tūc dic. Aut
iudicium criminis nullū est sufficiens, & tūc non ponitur in car-
cerib. vt l. j. C. eo. qui nisi cōstet, non debet poni. Nam hoc opor-
tet. s. vt probet saltem semiplene. Sed eodem modo procedit, vt
dixi. Aut est præsumptio ꝯ eū, & tunc si est confessus, tūc poneť
in carcerib. aut subsit præsumptio licet non sit cōfessus, & si nō
sit ita graue crimen, tūc in vinculis, nisi daret fideiussorem, habi
ta tamen differentia personarum, quia in grauiori carcere, &
vinculis ponitur vilis, quàm nobilis, pro hoc habes glo.

L E X II.

1 *Seruus quo ad incarcerationem qui distet a libero homine.*
2 *Abolitionibus generalibus crimen non remitti, sed processum differri.*
3 *Bartolus iudex Pisarum, & de reformatione ibidem facta, & decisa.*
4 *Absentia, & paupertas a negligentia excusant. Et ideo non ualenti appella tionem prosequi, tempus non currere.*

Si quis seruus. Seruus ex vinculis non liberať, nisi
pro eo dñs, vel extraneus satisdet, q
od hoc admittit, ēt postq̃ sequutus fuit in uinculatus, dum-
modo post longum interuallū non veniat, & a principio
non fuerit negligens satisdationem dare. b. d. Tex. ibi. Capitali.
stricte accipe pro pœna mortis naturalis, non ciuilis, quia nō ob.
l. hos accusare. §. omnibus. ff. ti. j. nam ex vinculis ducetur ad iudi
cem, cum iudex volet eum audire, non autem iudex ibit ad eū,
1 & semper alleg. In hoc differt a libero, quia † seruus nullo eū de-
fendente statim ponitur in carceribus, ēt nulla pcedente ꝯ eum
suspitione de crimine, vt hic, quod patet, quia si præsumptio subes-
set, tunc etiam domino defendente poneretur in vinculis, ex
quo accusatur de crimine capitali, vt ff. l. prox. Sed liber hō nunq̃
incarceratur, nisi suspitio subsit. C. de acq. re. l. a. in princ. Aboli-
2 tiones. s. † generales, per quas non remittitur crimen, sed differť
processus, & hñt. 5. fenas. vñ non prosunt seruis incarceratis, nec
de carcerib. extrahuntur ne fugam arripiant. Si aūt esset abolitio
spālis, per quam crimen remittitur, bene prodesset incarcerato,
de quo dic, vt l. Domitianus. ff. ad Turpil. & dic, vt ibi notabilr p
Bar. per quod determinatur quæstio, quę fuit de facto in ciuitate
3 Pisarum, cum † Bar erat ibi iudex, facta est q̃dam reformatio per
ciuitatem, ꝙ oēs banniti si centū soluant ciuitati exeant de bā-
no, quidam sunt incarcerati, volunt soluere centum, & sunt ban-
niti, nunquid debent distrahi? quidam ꝙ non, sed contra deter-

minauit Barr. p l. Domitianus. ĵ ad Turp. l. maximè cum fiat ad
remissionem criminis, aliàs si fierent ad tps, ut ad inducias, q̃ in
die B. Mariæ si esset statutũ, uel reformatio, q̃ essent secun aute
octo dies, & post octo dies, illi non pñr liberari, cum non fiat ad
4 tollendum crimen. Tex. ibi. Derelictus No. † q̃ absentia, & paup-
tas excusant a negligentia, facit ŝ. mand. l. si procurationem. §. si
ignorantes & extra de appel l. ex ĩõne. per quæ iura dicit Dyn. q̃
non ualenti prosequi appellationem non currunt fatalia. Pau.

1 *Delicti unius occasione in carceribus detentus num possit ob aliud retineri.*

§. Qui exhibēdi. Illi iudici parendum est, qui primo citauit. Vel sic. Si ad eandē diē
a duobus iudicibus qui successiuè citetur, parendum est primo, nec dici potest contumax coram secundo, si non compareret. h. d. notabiliter. Exhibendi. i. qui promiserunt de iudicio sisti
vel qui dederunt fideiussores de repræsentando coram iudice, &
etiam citantur. vt tali die compareant. Postulari. i. citari ab alio
iudice ad eandem causam prius quam citari fuissent ab eo, corã
quo se obligauerunt. Ante. s. quam se obligassent de iudicio sisti
coram secundo citante. Nam secus si post, vt l. sed si qui illud. ff.
quis cautionibus. Non recipiuntur. i. non reputantur contumaces coram iudice secundo citante. Obseruatur, q̃ non reuerãtur
comparere. Nisi quia nunc remitteretur. Comparere ad interrogandum. hoc uerum, nisi ille seruus esset maior ut in gl. vide hic
1 Bar. latè. Nunquid qui pro uno delicto detinetur, pro alio possit
retineri? & dicit Bar. q̃ sic. Paulus.

LEX III.

1 *Vincula, & carceres in quo differant remissiuè.*
2 *Pœna in delictis ubi a lege statuta non est, consuetudini aut iudicis arbitrio relinquitur. Et quid in ciuili.*
3 *Pœna promissa per eum qui reum in iudicio sistere promisit, cui applicanda sit.*
4 *Promittens reum repræsentare ad id quandiu teneatur.*

1 DIuus pius. Fideiussore. i. de non recedẽdo de carceribus. No. † differentiam inter uincula, & carceres. ĵ. de verb. sig. l. diuus. uerum in ista leg. tractatur, fideiussor incarcerati quomodo teneatur in criminalibus causis, qui promittit aliquem repræsentare in causa
criminali si postea non dolo non repræsentat, quia mutatur pœna corporalis pecuniariter. Sed si per dolum, extra ordinem punitur ad arbitrium iudicis, is qui sanidedit exhibere, si per culpã,
2 uel negligentiam. Pœna. i. mulcta No. † glo cum l. seq. q̃ ergo dicit pœna grauior. ŝ. de insa. quæ satis probatur hic, q̃ in delictis
vbi non est certa pœna statuta a lege, tunc consuetudini aut iudicis arbitrio relinquitur, vt hic hr̃. In ciuili aũt dic, vt l. a. ŝ. q ta-
3 uida. cog. Quæritur † cui applicetur ista pœna? dic, q̃ fisco, licet q
dam dicant, q̃ accusatori, & malè, q̃a censet tractare, & defendere rempublicam modo quoties procurator stipulatur, applicat
dño l. si procurator. ŝ. si quis cau. iõ fisco applicatur. In glo. f. an
ergo dic, q̃ ibi de fideiussore de iudicio sisti, hic in eo qui promit-
4 tit repræsẽtare, qui † tenetur quoties requisitus fuerit etiam post
sententiam, arg. ŝ. de dolu. l. si oleum. secundum Bar Dicit etiam
Dy. q̃ post sex menses l. pen. de fideiussor Bar. dicit, q̃ hodie illi l.
renunciatur. No. l. seq quæ est no. cum gl. Paul.

LEX VI.

1 *Denuntiationum alia publica, alia priuata, & per quos fieri habeant. Et idem de remissionibus. Et quotuplex secundum cano. denuntiatio.*
2 *Ius cognoscendi de crimine qui non habet, an possit capere, & remittere. Et si quid apud huiusmodi reus confiteatur, an inquisitiones fiant, an probabunt & sufficient apud præsidem quo ad condemnationem.*
3 *Iudex secularis an de hæresi cognoscat.*
3 *Condemnationem quæ fit in una contumacia ueram non esse, sed fictam. Et quibus ficta condemnationis effectus.*
5 *Lex qua primo Bartolum extulit.*
6 *Denuncians aliquid ex officio illud probare debet.*
7 *Officiali & personæ publicæ de rebus eorum non creditur.*
8 *Irenarchas qui constituere possunt.*

DIuus Adrianus. Denuntiationibus magistratuũ ad aliquem criminosum ad superiorem remittentium nõ creditur quo
ad condemnationem, sed quo ad inquisitionem sic.
Item remittentes aliquos ex officio debent circunstantias criminis inquirere, vt quam plenissimè possint superiorem instruant,
debent etiam denuntiare, q̃ denuntiantes probarint, quod si fecerint, laudantur. Si uero non fecerint, & maliciose detulerint
ad arbitrium iudicis puniuntur, & primo dicit, an relationibus
remittentium, credatur quo ad condemnationem. Secundo dicit, q̃ est officium remittentium, uel denuntiantium. Tertio, q̃
prosunt eorum relationes ad inquisitionem faciendam. Quarto
dicit, q̃ sit officium iudicis ad quem fit remissio, uel denũtiatio.
Secunda ibi, sed etiam caput. Tertia ibi igitur. Quarta ibi, & ideo
cum quis. Ista ultima diuiditur, quia primo ponitur quæ dẽat
facere iudex ad indagationem criminis. Secundo quid cõtra il-
los qui male denuntiant, vt vbi si parum prudẽter, & hic in ista
l. tractatur de secunda parte rubricæ. Item tractatur de denũtia-
1 tionibus, & relationibus, quãd hic latè examinat Barr. † Et est duplex. quædam priuata, alia publica. & ista duplex, quædam fit per
aliquos ad hoc specialiter deputatos, vt hic per Bar. aliæ sũt duæ
quæ fiunt per eos, qui principaliter non sunt ad hoc deputati, vt
magistratus municipalis, qui non potest cognoscere principaliter,
sed in consequentiam remittit ad præsidem prouinciæ dicẽdo,
uobis remitto istum malefactorem. in Auth. & de defen. ciui §.
audiant. & l. magistratibus. ŝ. de iurisd. omn. iud. & de istis tractat
hic principaliter. & l. ea quidem. C. de accus. & l. si modo singuli.
eod. ti. & l. j. & 2. C. de curiosis. lib. 12. ubi tractatur de istis. Priuata vero est, quando priuatus denuntiat aliquid, & de ista nõ tractatur de iure ciuili. Sed de iure canonico est duplex q̃dam euangelica c. si peccauerit. secunda quæst. 1. alia est canonica, quæ fit
ad pœnam imponendam, de qua in c. innotuit. de iud. & c. nouit. Item si magistratus municipales, qui de crimine non habent
cognoscere, quia non habent merum imperium. supr. de iurisd.
omn. iud. l. magistratibus, capere tamen possunt, & remittere ad
2 præsidem, ut hic, & in Authen. de defen. ciuita. §. audiant. & † sic
no. quòd licet quis non habeat ius cognoscendi de crimine, habet tamen ius capiendi, & remittendi, quia unus magistratus siue officialis debet alteri suffragari in eo, quod potest, sic ĵ. l. proxima. & ĵ. de adult. l. capite quinto. Credendum, scilicet quo ad
sententiam, quia illa relatione non condemnatũ, sed quo ad inquisitionem proceditur, vt infra versic. igitur. & ver. & ideo damna.
Nam confessio facta coram magistratu non proderit, ut ex illa
reus condemnetur per præsidem, & ideo q̃a est facta coram incompetenti iudice, ideo non valet, & ad hoc semper alleg. concord. l. 3. §. idem diuus. ŝ. de test. & quod notatur in l. si pater. C. ne
de sta. defun. & c. at si clerici. de iud. proderit tamen ad hoc, quia
coram præside tenebitur reus confessionem illam reiterare, a
qua recedere non poterit, & uigore istius secundæ condẽnabitũ,
quod singulariter no. Inno. in c. per inquisitionem. de electio. &
idem si confessio esset facta extra iudicium. Nam licet non prosit ad condemnandum, quia non est de processu, prodest tamen
ut reus teneatur in illa persistere coram iudice, & idem ubicunque processus ex aliqua cã sit nullus. Nam adhuc remanet ualida cõfessio ad hunc effectum ſm eundem. facit cap. Pisanis. de
restit. spol. quod intellige de confessione expressa, & uera, secus
in ficta, quæ nullum habet effectũ, nisi processus valeat, vt probatur. C. de iura. calum. l. 2 §. si autem reus. Adde ad prædicta gl.
in l. filium. C. de libe. causa. & ŝ. ictus fustium. & ĵ. de adul. l. capite quinto. & extra de accus. c. j. lib. 6. Item hic habetur, q̃ processus
factus coram iudice incompetente non ualet. Sed ꝯ de l. non dubium. dic, q̃ quidam sunt magistratus siue iudices, qui habent
potestatem denuntiandi, sed non cognoscendi nec exequendi,
vt sunt Irenarchæ, & magistratus municipales, & eorum denuntiationibus non statur quo ad condemnãdum, quia hoc esset sine processu, & iste est casus hic. Alii sunt qui habent potestatem
cognoscendi, sed non condemnandi, vt est inquisitor hæreticæ
prauitatis, & tunc remittunt, contra tamen Guil. de Cug. dic, q̃
iudici seculari, remittitur puniendus, sed non stabitur eius processui, vt hic refert Bar. per §. si uero prius. in Authen. de sanctissimis epis. Sed quomodo, quia istud est ecclesiasticum, & ideo non
potest iudex secularis. Sed dic, q̃ immo cognoscitur ab vtroque
vt in ti. de hæreti. quia ita Imperatores etiam approbauerunt canones, & quatuor concilia, vt in Auth. de eccl. tit. & ibi casus. q̃
3 † non de hæresi cognoscatur per iudicem secularem. & no. in l.
cunctos populos. C. de sum. Tri nit. Sed quomodo de eodem crimine sæpius quæritur? dic, quòd id verum est, sed nõ punitur, † vel
non in eodem foro, & ita contrariũ, non obst. Alii sunt, qui pñt
prosequi, & cognoscere, & condemnare, sed non exequi, vt in præside prouinciæ, qui potest ad deportationem condemnare, sed
quia non habet insulam. in l. j. §. is qui de lega. 3. ideo remittit ad
principem, & eius processui bene statur, quia erat iudex competens, & sic potest intelligi l. non dubium. ĵ. eo. Alii sunt qui hñt
potestatem inquirendi, prosequendi, condemnandi, & exequendi. Sed nullum vult gratis remittere, & ex processu coram isto iudice competenti omnino staĩ, & iste est casus in l. non est dubiũ.
ĵ. eod. ti. & ista sunt notanda. Interrogent. Cum responsionibus
magistratus, & ẽt præsidis, & hoc fit ad pleniorem instructionẽ
Et no. q̃ semper remittens debet quantum potest instruere illũ
ad quem remittit. Irenarchas perducti. i. siue ducat eos personaliter captos ad præsidem, siue p literas scribat præsidi, & recum citet, q̃ coram præside compareat, qđ facere põt sine speciali mandato iudicis, cum ad hoc sit deputatus, secus in aliis nunciis curiarum, q non pñt aliquem citare sine spãli mãdato. C. de requirẽ. l. neminem. & ibi notatur. Annotati sunt, vt sunt illi, qui cum
accusati sunt de criẽ capitali non comparent, & bona eorum annotãtur. Sed si reuertant, & ꝯpareãt, restituunĩ, & sic no. q̃ non
hñt p ꝯdẽnatis. Et Dy. præcipit notari istũ tex. q alibi ita clarè nõ
reperit p statutis Italiæ, q̃ fiunt ꝯ contumacem ex forma statuti
banni

bannitum a ciuitate, φ si competat, non hr̃ pro confesso immo
oportet de nouo inquirere, ut l.3.& quod ibi no.s̃. ad Syllan. nisi
expresse in statuto continerent, φ hr̃ pro cõfesso, & ↄdemnatn,
q a si ita sit, statuta suspendunt, & ita practicat̃. Veruntamen dicit
Bar. φ cautus assessor debet inquirere, verum ille sit de quo dr̃, φ
est bannitus, & istud ponit in l.falsa.de condit.& demon. Et est
4 aduertendum, φ† ista non est uera cõdemnatio, sed ficta, q̃ fit ex
forma statuti, quod hr̃ pro confesso, & condemnato, & est effe-
ctus, quia si moriatur nunquam poniat̃. & pœna annotationis
bonorum non habeat locum, quia talis non transit ad hæredem
5 & iste est casus singularis in l.eius q delator.ĩ.de iure fisci.&† illa
fuit l. quæ primo exaltauit dñm Bar. in ciuitate Perusij, quia cum
esset in scõ eã allegauit, & non intellr̃, φ vere condemnetur. Ita
6 dicit Bar. ibi Paulus. In tex. Exequi. No.† φ ille qui denuntiat ali-
quid ex officio dẽt illud probare. l.j.C. e. Et si bene facit officium
suũ est collaudandus. concor. l.j. in fi.& §.pe.de periculo, & com-
mo.rei vend. Minus retulisse.i. pronuntiare dẽt iudex Irenarchã
male denuntiasse, & reum absoluere, q̃ absolo sibi prodest, sicut
per uiam accusationis esset absolutus, s̃m Bar. hic.& s̃. de accus.
l.si cui.§.ijsdem. Vindicet secundum arbitrium iudicis non enim
erit pœna talionis, hinc est, φ non tenet se subscribere denuntiãs
l.ea quidem.C.de accus.& probatur in c.super his. in fi. de accus.
7 extra;& de calum.c.j. No.† ex ista l. φ officiali, & publicæ personę
non creditur de reb. eorum.& l.j.§.pen.de offi.pro cons.cum si-
mi.& l.fi §.pe.ĩ.eo.& l. consensu.§.super his.de rep. Sed dñs Bar.
dicit, φ aliqui sunt deputati ad aliquid, vt de uiso, quod ingrauit,
quis ludit ad talem ludum, & etiam in his, quæ sunt sui officij cre
ditur. Alij super auditu, & creditur de his, quæ sunt de auditu, &
sic de similibus semper habendo respectum ad suum officium,
8 aliter dic, ut in l. ea quidem. Et† si quæris, qui sunt illi, qui possunt
constituere istos Irenarchas, dic, φ illi qui habent merum impe-
rium. Item no. φ illi qui prohibentur accusare, prohibentur de-
nuntiare.& cum his sufficiat. Paulus.

L E X VII.

Solent. Ista l. cũ seq tractat qualiter de maiore remittitur
ad minorẽ. Remittatur, dic, vt no. C. de iuri. om. iu.
l.magisteriæ.& l.j.C.de req.reis. In l.carceri puniendus est. hoc ve
rum, nisi fuissent capti, quia tunc puniret̃ illa pœna qua illi ue-
nirent puniendi. ĩ. l.milites.& l.fi.& no. φ negligens remouet̃ ab
offõ. In l.nequis.a magistratibus.i. præpositis carceris. Et not. φ q
facit, quod principi scit displicere, dẽt puniri. In l.non dubium.
gl. est cã. dicit, quia erat miles. Sed hoc non congruit literæ, quia
miles non præest prouinciæ, & ideo dic, φ commiserat crimen
in loco, & iudex illius loci plene cognouit, & ne esset tumultus,
uel tumor in ciuitate in qua erat oriundus, q ibi multa bona fe-
cerat, & bñ diligebat, ibi remisit, & ista ẽ cã ad simĩ remittẽdũ.

L E X XIII.

1 *Culpa lata in maleficijs dolo æquiparatur, & an id perpetuo uerum.*
2 *Ebrietati non parcitur.*

Milites. In hac l.& l.fi. tractatur qualiter punitur cu-
stos carcerum. in l.eos. dr̃ q̃uo punitur ille, q
carcerem effugit, & de materia huius criminis uiden-
dum, si p dolum, vel latam culpam e custodia capti-
ui fugiunt, & punitur custos ea pœna, qua ueniebant puniẽdi q
fugerunt. Si uero p negligẽtiã eius, punitur arbitrio iudicis, φ si
per casum, nullo mõ punit̃. h.d. tex. cũ glos. Et† no. casum, φ lata
1 culpa ↄputat̃ dolo in maleficiis. Rr̃ ↄ̃. j. ad l.Corneliã de sica. l.in
lege. Et no.s̃. de in litem iuran. l.in actionibus. Et adde φ eo casu
quo ponitur eadem pœna, non tñ punit̃ eadem l. sed ex respõsis
prudentum, uel imperatoris, sicut calumniator, q licet teneatur
ad pœnam talionis, non tamẽ tenetur ex l. qua alium accusabat
sed l.rhemia. de calumniato. ĩ. ad Turpil. l.j.§.j.& no.C. eod. l. ad
commentariensem.& ibi plene de ista materia.& l.fi. Item adde,
φ ista l. loquitur in officiali publico, qui ex l. obligatur ad hanc
pœnam. fideiussor autem qui promittit repræsentare, aliter puni
tur. s̃. eod. l.si quis reum. nam ille non potest ex suo contractu ad
pœnã mortis se astringere, cum non sit dominus suorum mem-
brorum. l.liber homo. s̃. ad l.Aquil. nec auditur perire uolẽs. ĩ. de
appel. l.non bene. licẽt contrarium innuat tex. a 3. qu. 5. cum ho-
mo. Sed dic ut ibi per gl. nam illud procedebat ex consuetudine
2 loci, quæ erat proba. Super uinum. No.† φ non parcitur ebrieta
ti. contra insta de re mil. l.omne delictum. §.si quis. ĩ. de pœ. re-
spiciendum.§ dilig. dic, φ aut fuit in culpa, aut non. Si fuit l. im-
putatur, vt hic, alias nõ, no.C. de dolo. l. dolum. uel aliter in ↄ̃rijs
imputatur, quia punitur alia pœna, quam capitali, & ibi no.

L E X XIIII.

1 *Confessio ficta an quem astringat, & si constet eam ueram non esse.*
2 *Pœna eius qui captum de carceribus eripit.*

In eos. Si captiui fugiant effracto carcere, uel per conspira-
tionem, ẽt si de crimine inquinati nõ essent, puniũt
tñ. & illi qui non reuelant conspirationem. h.d. Et dic, φ puniũt
in hoc, isto casu, qui hñt pen consel. vt hic in gl. Et† sic no. casum,
1 quo tenetur quis ex confessione ẽt ficta, licet constet eam nõ es-
se ueram. ff. ↄ. de interr. actĩ. l.confessionibus.& no. gl.C. de con-
fes. l.j.& Bar. ĩ. de pę. l.absentem. Si uero illud maleficium p quo
erant capti commisissent, tunc puniuntur propter effracturam.
vltimo supplicio. s̃. de effra. l.3.& l.milites agrum. §. eius. ĩ. de re
2 milita. Qualiter† autem poniatur ille qui captum de carceribus
eripit, dic, ut ĩ. n. proxi. l.4. circa fi.

L E X XV.

1 *Puniendus est, qui malorum ac negligentium opera utitur.*
2 *Incarceratũ & si mortis pęna plecti dẽat, q interfecit, qua pęna feriẽdus est.*

Non est facilè. Cõtinet plura dicta, primo ponit cui
sit committẽda custodia carceris per
custodem principalem, uel pposi tum eorum. Secundo quot p-
sonis sit committenda. Tertio qualiter puniunt̃ custodes, si ca-
pti p eorum defectum fugiunt. Quarto qualiter puniunt̃ si ca-
ptiui reperiantur mortui. Quinto consulit custodi uolenti pro-
sequi captiuos fugientes. Sexto consulit illi, cuius interest captũ
nõ fugisse. Secunda ibi, ut unn. Tertia ibi, q si negligentiã. Quar-
ta ibi, sed si custodia. Quinta ibi, solet. Sexta ibi, φ si fuginuum.
1 Et ait non summatur. Commisit. punit̃† ille qui utitur opa malo
rum, & negligentium. s̃. nau. caupo. l.j.§.& sorti. Ad idem l.j. vi-
deamus. in prin. s̃. loca Militiam.i. officium, q a ponunt̃ ad offm̃
vtile, cum quodlibet offm̃ possit dici militia. Capite punitur. l.si
ille qui fugit ueniebat capite puniendus l. ad commentariẽsem.
castigabitur, quia dẽt respicere, φ non sit fur, cum ad furem reus
2 est. No.† φ punitur pęna homicidij, qui interfecit incarceratum,
licet ipse incarceratus veniret puniendus pœna mortis, & adde
quod no. Dy. in l. laqueum. de acq. re. do. per hoc dicunt quidam,
φ si quis interficit bannitum postquam uenit in fortiam cõis. s.
ad manus officialium, punitur pœna homicidij, licẽt bannitus ex
forma statuti posset impunè offendi, quia debet intelligi anteq̃
per officiales sit captus. Sed si non fuerit captus, sed ducebatur,
ut occideretur non punitur. l.j.§.j.& fi. s̃. de seru. fugit.

1 *Crimina varie in varios committi, & pro cuiusque dignitate in quem commis sum est puniri.*
2 *Lex Iulia quot capita habet, & quid unumquodque caput.*
3 *Princeps in crimine læsæ maiestatis quis intelligatur, & quos comprehendat in hoc crimine principis appellatio. Et quid de principe inferiore a Papa, & Imperatore.*
4 *Specialia in crimine læsæ maiestatis & quæ, & quot sint.*

Ad legem Iuliam maiestatis. Rubrica.

Continua iurisc. tractaturus de criminib° publicorum iudiciorũ
1 pmisit tres titulos generales. s. quia crimina q̃dam committunt̃
in rem publicã, alia in priuatam. Modo dicit de criminib. q̃ com
2 mittunt in principem, q a grauiora.† Et circa hoc pmitte, φ l.Iul.
maiestatis hẽt duo capita, unum punit illos, q cõmittunt in prin
cipem. l.famosi.& l.fi. ĩ. eo. ti.& l.quisquis.C. eo. Notandum est,
φ ↄ̃ principẽ põt dupl̃r fieri, primo mõ verbo, & tunc si ebrieta
te, uel lubrico linguæ, uel furore, tunc parcit̃, vt l.j.C. si quis im-
pera. maledixerit. Si uero iniuriat̃, tunc s̃m qualitatẽ psonæ re-
mittit̃ puniendus, ut ibi.& l.famosi. ĩ. eo. ti. Aut facto, & tunc aut
directè, ut circa psonam, & tunc grauissimè punit̃, ut C. eo. l. &
non solũ. aliq̃n nõ circa psonã, sed in statuas.& sic indirectè, q a
illas rumpit, & tunc non ita grauiter l.qui statuas. ĩ. eo. ti. aliq̃n
q s committit crimen læsæ maiestatis, q̃n ↄ̃ l. pronuntiat l.j.& 2.
C. eo. ti. uel ẽt quis iurat per salutem principis, & sic directè. & ita
l.j.& 2.& l.si duo. §.fi. de iureiu. S̃m caput est, q̃ñ committit in rẽ-
publicam, & tunc, aut ad turbandum pacificum statum Reipu-
blicæ, ut Catilina, & tunc grauissimè punit̃, ut in l.j.2.& 3. C. eo.
ti. Aliq̃n non ad turbandum, sed alio modo, vt vr̃ in l.j. statim le-
genda. Sciendum est tamen, φ hodie istud secundum caput nõ
habet locum, nisi sint aliquæ ciuitates, quæ non recognoscunt
3 superiorem. Sed de quo principe intelligitur? dic, † Imperatore,
uel Papa, & eius consiliarijs, qui dicuntur pars corporis sui. l.qs-
quis.C. eo.& c.fi. de pœ. ubi de Cardinalibus loquitur, quia gra-
uissimè puniuntur qui machinant̃ in eos, ut ibi. Sed quid in alio
principe inferiore ab Imperatore, uel Papa si committat crimẽ,
nunquid punietur criẽ læsæ maiestatis? Dic, aut loquimur in prin-
cipe, uel qui uicem Imperatoris sustinet, & hẽt maiestatem re-
giam, & punit̃, ut l.3. de epi. aud. aut loquimur in alijs baronibus
& tunc, aut subsunt alicui principi, puta regi, ut est in Francia, &
tunc non puniuntur ista crimina. Aut non recognoscunt supiò-
rem. ut est in Italia de comite uirtutum. qui de facto non reco-
gnoscit superiorem, & tunc licet non habeant locum uerba, ta
men mens habet, ut l. hæc actio. s̃. si quadru. pauper. feci. & ita

4 poſſet dici de ciuitatibus per ſimitudinem. Item eſt † ſciendum ꝙ multa ſunt ſpecialia in iſto crimine, quia ex ſolo animo, & conſilio, quis punitur l.ſi.C.eo.ti.& in pluribus leg. iſtius tit. ſecus ē in alijs criminibus, quæ in l.ſi quis non dicam.C.de epiſc.& cler. Secundum ſpāle eſt.ꝙ quilibet accuſator admittitur, ſecus in alijs, vt uiſum eſt. Tertium ſpāle, quia quilibet admittitur teſtis, imo aliquando ſerui torquentur, ꝯ dñum ſuum. Quartum ſpāle, quād quilibet iudex habens merum imperium poteſt cognoſcere, tñ aliqñ Imperator cognoſcit, qñ eſt grauiſſimum, quia poteſt crimen punire, & eſſe iudex in omni cā ſua.l.ſi.de mathe.& l.proximum.de his quæ in teſt.delen.& c.i.de pœ.in 6.& l.quidam.ſſ.de hær.inſti.cum ſimil. Item aliqñ eſt ſpāle, ꝙ filius punitur ꝓ patre. Secus in alijs.C.ne fil.ꝓ patre.ꝑ totum. Item aliud ſpeciale, ꝙ bona publicantur etiam poſt mortem.l.final.ꝭ.eod.& l.ex iudiciorum.de accu. ſecus in alijs, ut ibi no. Aliud ſpāle, ꝙ ſtatur ſuſpitioni magis, ꝗ in alijs criminibus, vt no. in l.ſi quis reum.ſ.ti.j. quia non niſi præcedant indicia, vt uiſum eſt ibi. Iſte ſitulus diuiditur in duas partes, primo tractatur, quomodo puniatur, q com mittit in rempublicam. Secunda eſt, quomodo ſit procedendū in iſto crimine. Secunda ibi famoſi, vt patebit.

L E X   P R I M A.

1 *Securitas a principe data eſt ſeruanda. Et ſecuritate generali conceſſa qui ueniant.*
2 *Securitas quotuplex eſt. Et quid ſi ſecuritas cuipiam ex ſocijs conceſſa eſt, an iudæus ſocius in ea comprehendatur. Et quid ſi ſit conceſſa profectio, an ſit conceſſa, & reditio.*
3 *Condemnatum ad mortem qui euaſerit quo crimine.*

PRoximum. Sicut crimen ſacrilegij committitur qñ aduerſus Deum coeli, ita iſtud qñ aduerſus principem ſeculi. Item proximum hæreſi, auth. Gazaros.C.de hęret. Bar. ponit hic materiam ſalui cōducti. Securitatis. hic
5 dī, ꝙ † ſecuritas per principem data eſt ſeruanda. ꝯ l.j.§ non fuit.ſ.de dolo. Sol. ibi de priuato. hic de ſecuritate data a republica, & Imperatore, vel Duce belli.l.conuentionum.ſ. de pact. Sed ꝯ quia quilibet poteſt venire ad nundinas ſecuré. ꝭ. de nundi. per totum, & tñ hoſtibus non eſt ſeruanda l.mercatorum.C.de commer.& merca. Sed dic, ꝙ ibi loquitur de ſecuritate. a l.gñali conceſſa, ſub qua non comprehenduntur hoſtes, hic de ſpāli conceſſa. Sed ꝯ, ꝙ immo ſit ſeruanda hoſti.l.ſi.ꝭ.de leg. ſed dic, ꝙ ibi loquitur de ſecuritate iuriſgentium. Et not. ꝙ † triplex eſt ſecuritas. quædam eſt de iuregentium, & illa intelligitur data legans hoſtium, ut d.l.ſi. Quædam a iure ciuili, & illa hoſti. non ſeruatur. vt d.l.mercatorum. Alia eſt ab homine, & tunc aut a priuato, & non ualet.l.j.§.non fuit. Aut a duce belli, & tūc eſt ſeruanda d.l.conuētionum.& punitur l. Iul. maieſtatis frangēs. Cuius occaſione quæritur, nunquid ſecuritate præſtita ſibi, & ſocus ſuis, ſi uenit cum uno iudæo, nunquid ille iudæus hēt ſecuritatem, & vī, ꝙ non, quia non hēt commercium cum Chriſtiano. de iudi. per totum, in contrarium, qa ſecuritas eſt de iure naturali, modo ille iudæus eſt ſimilis tibi de iure naturali, qa unam naturam hēmus cum eis, & licet Bar. hic nō determinet, iſtam vltimam partem veriorem puto. Sed quid ſi ſit alicui cōceſſus ſaluus conductus de eūdo: nunquid vī ſibi conceſſus de redeūdo? & dic, ut in tex. & gl. in l.vtimur.ſ.de ſepulc.viol. Sed quid ſit conceſſum ꝙ uadat, nunquid vī ſibi conceſſum, ꝙ ſępe, & multoties uadat. Bar. ponit multa, & dicit finaliter, ꝙ non, per l.boue.§.ſerua.de verb.ſig.& l.cum pater certam.de leg.2. cum pluribus ſimilibus, quia intelliguntur ſolum de una uice. & hoc ponit Bar. ratione primæ obiectionis. In lege lex.12. ibi delectum.i. electum. no. ꝙ qui facit bellum, uel militiam ſine licentia principis, tenetur hac leg. In l.cuiuſque. ibi pecunia. No. qui mutuat ad emen-
3 da arma vīr opem facere. Bar. Item qui confeſſum. No † iſtum tex. ꝙ qui euaſerit iudicatum ad mortem tenetur hoc crimine. Sed quid, ſi eum occidit? dictum eſt in l.ſi.ſ.tit.j. Item uide §.arripiat. in Auth. ut omnes obed. iud. Quomodo autem puniantur, qui debitores retinent, breuiter in tit. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi. exi. In l. Qui ſtatuas. Sunt quidam qui ponebantur per principem, vt adorarentur tanquam dij, & erent imagines, quia nō habebant notitiam de Deo, & iſta fuit cauſa, quare iudæi fuerunt deſtructi. Paulus.

L E X   VII.

1 *Militem in crimine læſæ maieſtatis accuſare poſſe. Et lubrico linguę parcendum. Et populares militibus inuidere.*
2 *Notorium non debet pronunciari.*

FAmoſi. Hic eſt ſecunda pars in qua tractatur qūo ꝓcedatur in hoc crimine pro pace. No. † mili-
1 tem in quo crimine poſſe accuſ.& no. ꝙ bellum fit ad pacem. Iudicabis. ſ. quibuſcunque habētibus merum imperium.l.j.C.ſi quis imperat.maledixe. Linguæ. No. ꝙ uitio linguæ parcit. vt ebrietati, ſecus ſi de ſcō.l.aut facta.delinquūt. ꝭ.de pę. Et no. gl. hic, qūo populares inuidēt militib. circa latus principis In tex. libertorū exiſtat.ſ.auitorū. ſecus ſi pēnorū, ut ꝭ.de interdic. & relega.l.3. In l.is qui in reatu decedit.ſ.añ ſniam. Fiſco uēdicari. No. ꝙ ſi uendicat, fiſcus eſt dñs l.Quintus.§.argento.de aur &
1 arg. lega. ꝑ qđ vī, ꝙ ipſo iure bona ſunt confiſcata, & dic, ꝙ ſic re vera, vt l.ex iudiciorum. Sed executio non poterit fieri a fiſco añ ſniam, & ſic pronunciatum, niſi eſſet notorium, quia † notorium
2 non dēt pronūtiari l.ex empto.ſ.de actio. emp. & iſta eſt ueritas poſt multa uerba. Animatus. dic, ꝙ poteſt impune occidi, etiam a patre, uel filio.l.minimé.ſ.de relig.& ſum.func.

1 *Adulterium, ſtuprum, & fornicatio in quo differāt, & in quos committatur. Et quot capita lex Iul. de adul. habeat. & quid unumquodque puniat. & an adulterium ſit grauius homicidio.*

Ad legem Iuliam de adulterijs. Rubr.

Continua, ꝙ iuriſc. procedit ad determinationem criminum, & iſtud ſufficit ad oēs rubricas. ꝭ. ſequentes. glo. format tres qōnes. Primo ſciendum eſt, ꝙ iſta l. hēt quinq. capita, primo capite punitur, q adulterium committit, vel ſtuprum, vel fornicationem, &
1 † iſta differūt, qa adulterium eſt cū ꝯiuncta quaſi ſi alienum thorum terat. Stuprum cum, uirgine, uel uidua. Sed inceſtus cum ꝯſanguinea.l.ſi adulterium cū inceſtu.eo.ti. fornicatio uero ē generale nomen, qa aliqñ capiī per ſe, & eſt cum qualiber vulgari. & non punit iſta l. Sm̄ caput eſt lenocij, & iſtud committiī trib. modis. primo, qñ maritus facit qſtum de uxore ſua, & iſtud ē grauius. ſcđo, qñ ſcit vxorē adulterium commiſiſſe, & eam nō reijcit vt ꝭ.l.2.§.lenocinij. Tertio, qñ recipit aliquid ꝓ adulterio cōmiſſo, ut ibi. & no. in l.lenociniū.ꝭ.eod. & tertium caput punit quēlibet ex̄neum adulterum reperientem, qui aliquid capit ne illud reuelet, ut ꝭ.eo.l.ſi maritus.§.ſi ex̄neus. Quartum caput eſt, qui domum ꝑbet ad adulterium committendum.l.qui domum.ꝭ.e. ti. Quintum caput eſt, qđ hī in l.capite 5.ꝭ.eo.ti. ꝙ maritus poſſit retinere adulterū cum vxore horis certis, vt ibi. De ſecūda q. gl. quare ꝑmittit hunc ti. & facit tres oppoſitiones facit l.codicillis.§.matre.de leg. ibi, dum dicit, alia deteriora facit. ſ. qa uiolauit vxorem ſuam, ſm aliquos, & facit 32.q.6 in omnib. ubi dī, quid adulterio grauius. Sed ꝯ fortiter de c.at ſi clerici.de iud. cū multis ſimilib. ubi patet, ꝙ homicidium grauius eſt, qa ep̄s non pōt diſpenſare, & tñ bñ diſpenſat ſuper adulterio, & iſtud tenēt Can. & rñdent ad iſtud, ꝙ leges fuerunt factæ a Romanis, q fuerūt Zelotipi. & decretū in oib. exponūt grauius.i.cōius. tu dic ſubtiľ, ꝙ ſi iſtud crimen ꝯſideraī quo ad perſonam committentem, & non eſt grauius quo ad Deū, & iſtud ꝯſiderauerunt Can. qa vitiū alleuiauit dñs, ut in pſalmo. Aut conſideramus crimen in ꝑſonā in qua cōmittiī, qa polluiī eius ſtatus, & fama mariti, & patris, & mīis, & quo ad hoc grauius eſt adulteriū, & bñ ꝓbaī in l. iſti qui dem. quod met. cā. in ſi. Lex prima non ſummatur. & tene gloſſ.

L E X   S E C V N D A.

EX lege. Vſque ad §.lenocinij. ponuntur due exceptiones competentes, ... vna eſt &c. h.d. Qui adulterum incœpit accuſare redire non poteſt ad adulteram, niſi fuerit adulter condemnatus, & qui ab accuſatione ſemel deſtitit, amplius non admittitur. h.d. vſque ad §.lenocinij. Incipere hoc uerbum facit dubium, quia ex quo incœperat ab adultero, poſſet ad adulteram redire ſecūdum l. Iul. ſed non eſt uerum, niſi perfecerit, ut ſequitur, & ſic uerbum incipio, capitur cum effectu. Tex. niſi ratio ſecundæ interpretationis, qa illud caput dicit, ꝙ nullus adulterum, & adulteram ſimul accuſare pōt l.ſi maritus. in ſi.ꝭ.eo. ut ſequitur, & ſtatim quo incœpit unum accuſare, ſi diceremus alium poſſe accuſare, ſic ſimul accuſarentur l.nihil.§.2.ꝭ.co.& ideo requiritur, ꝙ perfecerit &c.

§.Lenocinij crimen. Lenocinium puniī ea pœna, qua punit adulterium, & dī lenociniū cū maritus ex adulterio uxoris qſtū facit, uel ipſam in adulterio deꝑhenſam retinuit, nō q negligēter ipſam patitur delinquere. h.d. vſq. ad §.qui. h.d. Maritū lenonē. Pœna eadem. qua adulterium.ſ. deportatione.ꝭ.de quæſt.l.ſi qs uidua ſm 1
ſura. C.de pœna mortis.C.eo.l.Quis. niſi dicas ibi ſumi gladium non ꝓ materiali, ſed ciuili, qa tunc ꝯcordabit cum iurib. ſſorum hodie uero alia eſt pęna adulteræ, quia detrudiī i monaſteriū, vt auth. ſed hodie. poſita ſuper l.quamuis eo.ti. In tex. patitur. ſ. ad negligentiam, uel culpam, vel minimam credulitatem, ut ꝭ.eo.l. mariti.§.qđ patiaī. ſecus ſi ſcienter pateretur, ita ut non poſſit uelare ſuam ignorantiam, ut d.l.mariti poſt principium.

1 *Crimen per exceptionis modum, an quem puniri faciat. Et an quis ſine accuſatore puniri debeat. & num. ſeq.*

§.Qui

§Qui hoc dicit Vsq.ad §. si sit diuidit in duas partes principal. primo ponitur de exceptione lenocinij, vtrum opposita post litem contestatam repellat maritum accusantem. Secundo si nõ repellat, vtrũ faciat eum puniri, secunda ibi lenocinij. Item quælibet diuidit in duas, nam primo quæritur, quid cum opponitur ab extraneo. Secũdo qñ a muliere, secunda ibi, si publico Secundo simul ter; diuidit in duas, primo cum opponitur a muliere. Secũdo cum ab ex̃neo. secunda ibi, extraneus autem. & h.d. exceptio lenocinij post litem cõtestatam opposita ab adultero, vel adultera maritum ab accusatione non repellit. h. primo. Sed ipm puniri facit si opponatur a muliere. secus si ab adultero. h. secundo. puniet aũt tunc ex officium incitat ad inquirẽdum de lenocinio. h. tertio. Iste §. est pulcher p istud vltimum hic tractatur materia inquisitionis p Bart. quem videas, & per cano. in c. cum super. de confes. & extra de accus. Qui h.d s. excipiendo post litem contestatã, secus si ante. C. e. ita pudor. Perfecisse. s. adulterium. & no. tex. ibi, quæ post. qui loquitur eo casu quo maritus dedit cãm adulterio, & tñ non pt opponi ista exceptio post litem contestatam. Secunda solutio gl. in §. extraneus. ibi vel aliter, est cõtra istum tex. nsm uult, q isto casu exceptio sit peremptoria, & possit qñcunque opponi contra sententiam, quod est contra hanc lecturam. Crimen suum maritum accusantem repellere. Sed non hæc est compensatio admissa, ut possit reum facere sic excipiendo, vt cum repellat. Contra primum est l. viro. §. solu. mat. dic, q ibi agebatur ciuiliter, qa de lucro dicit, quo casu est peremptoria, quia in totum concludit in dotem. hic autem criminaliter quo casu est dilatoria. Item iste
a §. est declaratio, & limitatio c. j. de excep. vbi dicitur q †crimen p modum exceptionis oppositum facit quem puniri, hoc uerum, si sit crimen contingens id, de quo agitur. q prosequatur simul fcm, & iniuriam exceptionis, alias non, vt hic. Erita no. q duo requiruntur, & sic non obstant contraria, quæ possunt formari de l. si qni. §. de pub. iu. per hoc etiam sequitur responsio ad q̃stionem gl. Item quæro etiam, quia ibi non est crimen contingens. pro quo uide l. si filium. C. de lib. causa. in gl. facit pro gl. l. ubi & l. de fide. C. de falsis. & quod ibi no. Item gl. opponit, q quis sine accusatore puniri non dẽt, de leg. rescripto. §. si quis, & dicit. q hic est speciale, & in multis alijs casib⁹. Doc. ꝯ & dñt, q †casus isti fa-
a ciũt rĩam, q nullus sine accusante puniẽ verum est, vel alio locũ accusatoris obtinente, modo iudex tenet locum accusatoris, distinguendo tñ duplicem inquisitionem, vel si ipãẽ sit aliquis ppositus denuntiationibus faciendis, ut l. diuus. 3. responso. sup. ti. prox. Cætera uide bie per Bar. Paulus.

t *Accusatorum ad uindictam propriæ iniuriæ qui præferuntur.*
a *Accusatores duo ubi successiuè ad accusationẽ prodeunt, an iudex liberum habeat eligere, quem in accusatorem recipiat.*

§Si simul de acc. Maritus pferẽ pñ in accusando adulterã et si veniat post accusationem per pñrem institutam, dummodo non infamis esse per pñrem doceatur, aut cum uxore colludere, extraneis uero in accusando concurrẽtibus ille præferẽ, quem iudex elegerit. h. d. vsque ad l. si maritus. Si simul. i. eo. tpe. ante nomẽ receptum inter reos. Maritus. qui põt accusare uxorem ex sola suspicione, cuius effectus est, q non tenetur de calumnia psumpta. Item non tenẽ se subscribere. C. e. q̃uis. hodie uero si vult lucrari dotem pp adulteriũ, tenetur se subscribere, ut in Auth. vt lice. ma. & auiæ. §. quia ue-
a ro plures. 8. col. Credendum est. No. ex hoc† q ubi duo ueniunt ad prosequendũ iniuriã propriã, in illa præfertur, qui maiorem dolorem, & iniuriam prosequiẽ. Item no. q ille, cui maior facta ẽ iniuria præsumitur diligentius facere, q̃ alius. Probationib⁹, quę directè fieri non possunt, sed ex præsumptionibus. extra de testa. Accusationem. i. præparatoria accusationis. l. Lucius. de cond. &
a dem. Tex. negligenre. No. †hic, q ubi duo ueniunt ad accusandũ & successiuè, tũc iudex non hẽt electionẽ quem eligat, ita intellr l. si pres. §. de accus. sed qñ ueniunt, simul & ante nomen receptũ inter reos, & ibi Bar. & collige in l. nisi. ex uerbo concludere, q si vnus de accusatorib. exprimit unã qualitatem, q̃ non exprimit alter, ille præfertur, qui eam exprimit, quia vr̃ alter in illa qualitate colludere. Bar. quod facit ad intellectum l. si plures alleg.

L E X IIII.

1 *Expectantes beneficium ubi plures sunt, quibus mensis datus est, si negligentes sint, temporis decursus nocet.*

SI maritus. Impedito accusatore pp accusationem ab alio, uel a se institutam, non currunt tẽpora. Item qñ duob⁹ idem tempus statuitur ad accusandum, licet alter alteri præferatur, si tamen ambo negligant, vtrique tempora currũt. h. d. notabiliter. Instituit, vel instituere fuit impeditus ex iusta cã tpa[illegible], ut j. eo. [illegible] in pr[illegible] ita est in rubrica, & in c. plerunq; de rel[illegible] & est ratio, qa [illegible] maritus ne[illegible] §. pe. §. eo. uersi. in tantum [illegible] istud facit ad illud, quod notatur [illegible]
1 †vbi sunt plures expectantes, & d[illegible] currit, quando sunt negligentes, quis secundus [illegible] acceptare sine præiudicio primi, & sũ currit, [illegible] gligens, & ita ibi determinatur per istum tex. §. [illegible] Ad ip[illegible] statutum extraneis ad accusandum non incipit [illegible] post lapsum tempus, quod datur marito, & patri. Item [illegible] accusare præoccupauerit, maritus superuenie[illegible] si negligens non fuit, etiam si adultera fuit absoluta.

In tex. Sexaginta vtiles dies. Q[illegible] ormen[illegible]les, da[illegible]tur sd accusandum adulteriũ, sed quinquennium continuum datur ad accusandum adulterum. vt j. eod. l. miles. §. adulter. & no. C. eod. de adult. Absoluta. secus si condemnata. §. de sepu. vio. [illegible] sepulchri violati sctio. impeditus. sufficit ergo hoc solum allegare, quod fuit impeditus, ex quo prosequitur causam suam, si est vnus, qui doceat de præuaricatione primi accusatoris, ut sic casus sit de eo, quod dicitur in l. si cur. §. ijdem. §. de accusa. & l. 3. §. si tamen. de leg. j. Quæritur hic in secundo dicto, nunquid inquisitio cessat superueniente accusatore? Dy. format hic, & in l. in prouincijs l. §. de nou. oper. nunc & Bart. dicit, q si instigante illo qui nunc uenit, accusare non cessabit, alias secus, argu. huius literæ secundum Bar.

L E X V.

Nuptam. Si adultera per maritum dimissa alteri nubat ante denuntiationem, accusari potest cõdemnato prius adultero. h.d.

L E X VI.

1 *Accusari duo simul quando dicantur. Et an testes qui deponunt, se successiuè per rimulam hostij vidisse, singulares dici debeant.*

2 *Mandans ac mandatarius simul in eodem libello accusari possunt. Item, & falsos testes producens vna cum ipsis testibus.*

NIhil. Dummodo vtrunq. occidat. Verbis quæ requi
runt vtrunq. occidi. s. eo. l. patri. Seruata. q̃ nō
locum habere etiam si sine vulnerib. filia fugerit, nō tñ
voluntate patris. & no. q̃ paria sunt aliquid fecisse. uel
per eum non stetisse quin fecerit, quod uerum, non solum vt
excusetur a pœna illius actus omissi, sed etiam a pœna alterius
actus commissi, ut hic probatur.

§. Cum altero. Adulter, & adultera simul accusari
non possunt, sed cum altero eorum
bene potest accusari, qui domum præbuit, vel consilium ad ma-
leficium committendum. Finiatur. & ideo non currit tempus
ad accusandum. s. l. prox. Duos. s. in crimine adulterij. s. adulterū,
& adulteram, sed in alijs criminibus secus, nam etiam. x. accusari
possunt eodem tempore, si eiusdem maleficij sint participes. C.
si reus, uel accusator. mor. fu. e. l. j. & ibi no. in l. hos accusare. §. lex
1 Iulia. s. de accus. Et † no. q̃ simul duo dicuntur accusari qñ pen-
dente iudicio, ꝯ vnum accusatur alter, licet eodem libello non
fuerint accusati. Quod facit ad quæstionem testium dicentium,
se per rimulam hostij aliquid uidisse successiue, nam ex hoc non
redduntur singulares: nam simul dicuntur uidisse. licet uiderint
successiue, continuato tamen tpe. de hoc s. de vul. & pu. l. Corn.
2 in fi. melius. ĩ. l. seq. & ibi, est casus. No. † si. tex. in arg. q̃ mandans,
& mandatarius possunt accusari simul in eodem libello, quia
sunt participes eiusdem criminis. Item producens falsos testes si
mul cum testib. accusari potest de falso. Casus est hic in rōne sui.
de quo tamen Cy. multum se inuoluit. in l. j. C. si reus, vel accus.
Sed Bar. determinat per hunc tex. in d. l. hos accusare. §. lex Iulia.
de accus.

L E X XXXIII.

1 *Mulier si cum seruo adulterium commisit, vter accusari prior debeat.*

2 *Testes, vt non sunt ante lit. contest. in alterius præiudicium recipiendi, ita nec aliquis torquendus.*

SI quis adulterium. Si seruus adulterium cō-
mittit, primo debet accu-
sari mulier, q̃ seruus. h. d. vel sic, si adulteriū fuit cum seruo
commissum, est ab adultera incipiendum priusquam ad ser
1 ui torturam veniatur. h. d. est ratio † ne seruus in tortura ad con-
fitēdum afferat aliquod præiudicium mulieri, nam licet eius cō-
fessio plenum præiudicium non facit mulieri, facit tamē aliqua
lem præsumptionem, ut hic pbat. extra. eo. c. significauit. secus in
sñia, quæ lata ꝯ adulterum nullum facit præiudicium adulteræ.
sup. eo. l. denuntiasse. § quæritur. Et no. secundum Iac. de Are q̃
2 † sicut testis ante lit. contesta. non sunt recipiendi, ꝯ aliquem, ita
nec aliquis torquendus est in alterius tale quale præiudiciū añ
lit. contest. quod est notandum. In gl. j. a sñia. Ista est uera. uel &
dic. C. e. si dum. Sed ista nō est vera. sup. de accu. seruos. §. si. Paul.

1 *Princeps mandans castrum diruendum ita mandare videtur, ne postea ædificetur.*

§. Si quis adulterium. Paria sunt adulterum cū
vxore repertum permit-
tere abire: uel ipsum in domo amicabiliter detinere. & mādati
leg. indefinitum intelligitur perpetuum. h. d. notabiliter. Adulte
rum repertum cum vxore non dimittent, s. in quod l. phibet. vt s.
e. l. mariti lenocinium. in princ. Retinuent. s. in domo amicabil.
Nouercam. cum nouerca repertum. In uxorem. s. repertum. Ver
bis. quę loquunť de demittente adulterum cum uxore repertū.
& uxorem detinētem, quod facit pro statutis, qb. cauetur, q̃ syn
dici comitatus debeant malefactorem punire, q̃ si malefacto-
res dimiserint, condemnenť in centum, & syndicus aliquem. po
ne Stichum in maleficio repertum non dimisit abire, sed retinet
eum domi q̃ puniatur ex mente statuti. Verbis. qb. vř satisfacti
dimittendo. Nam. l. præcipit marito q̃ uxorem dimittat. non tñ
vetat quin reducere possit. Sed certe vetare vř ne fraus fiat, ut se
1 quitur. Et est † in ar. s̃m Doct. q̃ si princeps decreuit, aliquod ca-
strum diruendum, vř uetare ne postquam dirutum est, cōstruat.
Pœnæ ergo intelligunť esse perpetuæ: si sine pfinitione tpis in-
ducuntur, quod est verum, qñ imponuntur pro maleficio. s. de
l. seruo. Secus si pro contumacia, quia tūc sunt temporales quo-
usq. durat contumacia. extra de constit. c. ex literis. & adde quod
hř ĩ. de pœ. l. præfinitio Fiat. hodie ꝯ, quia post quam mulier de-
trusa est in monasterium, licet marito eam recuperare. C. eo. cui-
ctus. Sed hodie contra, dic, ut extra. de iureiu. c. quemadmodum.
in fi. & 32. q. j. ca. si quis uxor. cum plurib.

L E X XXXV.

Accusaturus. Libellus malè conceptus potest emen-
dari, & per ipsum non interrumpiť præ
scriptio, q̃ per solam libelli dationem solet interrumpi. h. d. mul-
tum singulariter. Sed in ea quæ interrumpitur per litis contest.
inspicitur, an ipsa litis conte. fuerit legitima, ut mutatur in l. j. C.
de lit. contest. Si tempora. s. quinquennij in gl. ad primum dic, q̃
ibi erat fundus officio suo, hic non, ar. s. de re iud. iudex. ad aliud
dic, quod ibi per electionem ius eligendi expirauit, hic, non.

L E X XXXVI.

Si minor. Post pubertatem. sed etiam si malitia supplet
ætatem. extra de despon. impu. c. puberes. &
adde. de delictis puerorum. Pau. de Cast.

L E X XXXVII.

1 *Veritas spectanda potius, quàm opinio.*

2 *Adulterij pœnam, quæ sunt, quæ totaliter, excusent ac tollant.*

Pani-

3 *Pœnitentiam locum non habere in eo, qui ab accusatore est præuentus. Et nulla ignorantia nupt. incestas confirmat.*

4 *Adulterium cum incestu cum simul committuntur, an duo oriantur delicta & sic duæ actiones. Et quid si ex forma statuti vtrunq. delictum puniri debeat. Et mulierem sicut masculum mortis pœna plecti.*

SI adulterium. Si committatur incestus cum nupta, & sic concurrat cum adulterio, vel cum soluta, & sic concurrat cum stupro quia ambobus casib. datur opera rei illicitæ, punitur fœmina, sicut masculus: & quia duplex est delictum ex uno facto descendens, duplex oritur accusatio h.d. primo vsq. ad versum, quia multum interest. Et supple, nec tunc aliqua datur excusatio mulieri, uel masculo ratione alicuius ignorantiæ cum det operam rei illi-
1 citæ, vt in versi. fratres circa fi. Nam inspicimus potius, † quod est in veritate, q̃ quod est in opinio. s. de iniu. l. cum qui. §. si iniuria. Item supple, φ tūc in nullo mitigatur pœna. Nam mitigatio nō fit, nisi ratione ignorantiæ, vt in versic. nonnunquàm. quæ non incidit in his casib. & sic habes primam partem. Secundo dicit. in ver. quia multum. φ quando contrahitur incestus sub colore matrimonij, & sic dando operam rei licitæ, si quidem ambo ignorant ius, & factum, eis parcitur, si vero sciunt vtrumque tūc nulla datur excusatio, sicut cum datur opera illicitæ rei. Si verò sciant factum. vt puta consanguinitas: Sed ignorant prohibitio
2 nem iuris: tunc pœna intelligitur etiam in masculos. A qua † pœna tria sunt, quę totaliter excusant. s. sexus, & iste non excusat ab ignorantia iuris naturalis, sed positiui tantum. Secundo excusat ætas. nam minor xxv. ann. ab vtraq. ignorantia excusatur. s. iuris nālis, & positiui, postq̃ dat operam rei illicitæ, & sic melioris conditionis est minor, q̃ mulier. Tertio excusat pœnitentia. nam si ꝯhentes incestas nuptias diuertant incōtinenti, anteq̃ accusent:
3 tunc omnis pœna remittit̄ eis. Ex † quo no. pœnitentiam nō habere locum, postq̃ quis ab accusatore ꝑuentus est. Item incidenter dicunt̄ duo, primo, quia pp nullam ignorantiam incestæ nuptiæ confirmari possunt. Scdo φ licet rōne sexus, ætatis, vel pœnitentiæ præsumatur ignorantia iuris. non tñ in aliquo ꝓdest talis error ꝑsumptus: nisi per partem allegat̄. h.d. multum notabilr & magistraliter, & ad istud ultimum sp alleg. ver. Idē Polloni. est enī valde notab. & singularis in hoc, φ ēt eo casu quo pars hēt ꝓ se iuris ꝑsumptionem, nō pōt iudex supplere de facto, sed oportet, φ pars alleget factum super quo fundat̄ iuris præsumptio, tenendum est menti, q̄a non hr̄ alibi. In tex. adulterij pœna. vult dicere, an † vnica tm̄ accusatio oriat̄, puta adulterij tm̄, vel stupri tm̄, vel incestus tm̄, & videbat̄ φ sic, q̄a vnicum fcm̄ est, sed licet sit vnum fcm̄, dicit iurisconsultus, φ est duplex delictum. s. adulterium, & incestus, ex hoc legi̅ determinatio s̄m glo. nam si duplea, ergo duplex accusatio, quæ quidem accusationes possunt eodem tpe a diuersis intentari, non ab eodē, & licet vnus succūbat in vna, nō tñ nocet alteri. C. de accusatio. l. q̄ de crimine. Itē si ex forma statuti, vel cōsuetudinis diuersæ pœnæ, & reiterabiles imponerēt pro vtroq. delicto: tūc licet punitus esset ex vno delicto, nihilominus punireē ex altero, secus si pœna nō est reiterabilis. s. de ferijs, l. vulgaris. & quod ibi no. in gl. Sed si esset vnum fcm̄ ex quo vnum tm̄ delictum oriret̄, φ plurib. legib. puniret̄ alia. s. de accus. l. senatus. & dic, ut ibi. Item noc. in verbo sist. s̄m Bar. & mulier punit̄ pœna mortis, sicut, vir. nec obstat auth. Sed hodie. quia loquitur in adulterio solum. Paulus.

1 *Peccans in principali scienter rei illicitæ operam dando, a iure in omnib. quoque accessorijs in dolo esse præsumitur.*

Versi. Quia multum interest. Hic respōdet tacitæ obiectioni, nam posset opponi ad ꝑdicta, φ mulier pp ignorantiam excusari debeat a pœna incestus, q̄a ꝯhendo incestas nuptias excusat̄ pp ignorantiā. Sed rn̄det̄, φ verū est illud, cum mulier errat in facto, & per ꝯns in iure: secus si scit utrunq. q̄a tunc cōmittit ꝯtumeliam iuris, & sanguinis. Sed in eo casu nr̄o vtrūq. ꝑsumit̄ scire, cū det operā rei illicitæ, & sic ꝯtumelia iuris & san-
1 guinis. Nam † cū peccat in principali sciēter dādo operā illicitæ rei: ius ꝑsumit in oīb. accessorijs in eodem eūdem dolum adesse, ar. C. vñ vi. l. si qñ. & sic nō obst. opp. Quare incidenter q̄ritur, q̄d si sciat factum, & ius? & rn̄detur mulierem excusari totaliter si errat in iure positiuo. Sed si masculus, vel mulier errant in iure naturali: non excusantur totalr̄, sed pp errorē mitius puniūtur, nisi ætas, vel pœnitentia ēt ab hoc excusent. h.d. vsq. ad fi. Pœnā. nam cum ꝯhit̄. s. per iuris ignorantiam naturalis, vel positiui, si masculus minus punitur propter ignorantiam iuris naturalis, ergo fœmina multo fortius. & ita debes intelligere versiculum præcedentem. Fratres, hic ponit exceptionem, quia opponitur de l. j. C. de interdi. matri. dic, vt in gl.

a *Libertus patronum quanquam accusare potest, occidere non potest. Et an filio bannitum patrem ex forma statuti occidere liceat. Et cur non idem in patrono.*

a *Iuri communi per ciuitatis statutum in vniuersum non posse derogari.*

§. Imperatores. Maritus occidens vxorem in adulterio deprehensam, pp iustum dolorē mitius punitur, q̃ si alias homicidiū cōmisisset: q̄a ultimo supplicio non punitur Sed si humilis persona sit, in opus publicum traditur. Si vero honestior in insulā relegatur. h.d. §. liberto. libertus non pōt criminaliter accusāre, nisi in crimine adulterij, uel ubi suam iniuriam prosequeretur. eo tñ casu non permittit̄ sibi patronum occidere, cum eius famæ parcere debeat, multo magis,
1 & uitæ. h.d. In tex. parcēdum. No. † φ licet libertus accusare possit patronum, tñ occidere non pōt: q̄a rōne superioritatis debet sibi reuerētiam exhibere, per quod terminatur s̄m Dyn. φ si per formam statuti bannitus pōt impune occidi, filio nō licebit patrem bānitum occidere pp reuerētiam p̃nalem, sicut non licet huic pp reuerētiam p̃sonalem, ubicūq. igit̄ licentia dat̄ priuato occidēdi ꝑpria authoritate, dēt intelligi de illo cui reuerētiam nō tenet̄ exhibere, & idē s̄m Dy. vr̄ de quocunq. superiore rōne iurisdictionis, q̄d est notandum. Sed ista sunt vera, nisi dictus superior pp delictum ꝑdat ius superioritatis. ut hic, quia licet patronus committat adulterium cū uxore liberti, nō ppea desinit esse patronus. Sed in q̄one de bannito secus est: q̄a cum perdat puta ciuitatē, ꝑdit ius patrię potestatis, q̄ est de iure ciuili, ut Inst. de pa. pot. in prin. & iō cū tūc nō teneat̄ sibi exhibere reuerētiā, pōt impune occidere s̄m Bar. q̄ dicit ita se determinasse Bicordi, & est casus in l. minime. s. de relig. & sump. fun. l. 3. §. trāsfugas. & quod ibi no. ℑ. de sicar. Tu aduerte, nam aut istud bannum fuit illatum a principe, si quidem illatum erat pp delictum ꝯ rempublicam commissum: tunc quia reputatur hostis ciuitatis, licitū est eum interficere, & impune, ut d. l. minime. Si uero propter aliud delictum, uel pp contumaciam: tunc non est licitum alicui priuato interficere. Sed publico executori duntaxat, maxime si non est dānatus ad mortem, sed deportatus, uel alias relegatus s. de custo. reo. l. fi. ver. φ ipse custo. Et quod no. p Dyn. in l. in laqueum. s. de ac. rer. do. & ad l. Iul. maiest. l. cuiuscunq. ver. pen. Secundo uero casu cū illatū est bannū a ciuitate: tunc idem si pp contumaciam, uel delictum ꝯ rempublicam commissum sit dānatus. Sed si fuisset rebellis ciuitati, & pp hoc esset bannitus, tūc, aut q̄ris, an liceat eum interficere iure communi: & dico, φ nō, ut d. l. minime, q̄a pp tale bannum nō perdit ea, q̃ iuris communis sunt. i. vrbis Romanæ, & tenetur sibi reuerentiā exhibere fi-
2 lius, cū nō ꝑdit p̄riā ptātem de iure communi, cui r nō potest per statutū ciuitatis derogari vniuersaliter. Sed rigore statuti permittentis talem occidi, bn̄ posset, q̄a talis bannitus perdit ea, q̃ sunt illius ciuitatis a qua bannitus est: iuxta illa, quæ not. per Iaco. de Are. in l. ex facto. §. ex facto. ad Treb. & per Bart. in quæstione disputata, quæ incipit Lucanæ ciuitatis statuto cauetur &c. Paul.

1 *Necessitate, quæ fiunt, quatenus fieri intelligantur.*

§. Si quis in honore. Magistratus pōt accusari de adulterio, & tenebitur cauere de iudicio sisti. Sed ꝓsequutio accusationis differtur usq. ad finem officij. h.d. Primum dcm̄ est uerum, si accusatio nō erat tpe peritura durante magistratu, aliàs secus s. de offi. præsi. l. senatus. Secundum dcm̄ intellige in crimine adulterij, cuius præscriptio per solam libelli oblationem interrumpitur. s. eo. l. mariti. §. quinquennium: nam tunc dabitur libellus, & stabitur cautioni de iudicio sisti duntaxat, ut hic. sed si esset talis præscriptio, q̃ non interrumperet̄, nisi per lit. contest. tunc etiam lite conte. procedit̄
a ꝯ magistratum: quia † ea, quæ propter necessitatem fiunt, eatenus fiunt, quatenus exegit necessitas, ut d. l. senatus. Item si esset talis, q̄ non interrumperetur, nisi per s̄niam: tunc etiam usq. ad sententiam procederetur. l. sed si restituatur. §. j. s. de iud. Postulante. per dationem libelli. Accusatio. i. accusationis.

LEX XXXIX.

Vim passam. Non summatur. Vide Bal. C. de fide inst. & amis. ubi declarat hanc l.

LEX XL.

Quæsitum. Non prohibetur mulier a marito dimissa illi nubere, quem maritus habet suspectū de adulterio. Item si maritus uxorem propter adulterium dimissam reduxit ius accusandi perdit. h.d. & incidit in crimen lenocinij. s. eo. l. si quis adulterium. §. j. Pau. de Cast.

LEX XLI.

a *Probationes factæ non dato termino ad probandum, an valeant.*

2 *Lex in crimine de adulterijs: quomodo in practica respectu probationum faciendarum reducatur.*

3 *Accusator in crimine adulterij si testes paratos habeat, an statim debeat probationes facere. Et quid in alijs criminibus.*

IN crimine. In crimine adulterij nulla datur dilatio ad probandum, nisi cā cognita. h.d. & tamen habes, φ probationes fiunt in crimine adulterij. sup.
1 eo. l. a. circa fi. & l. capite quinto. propter † quod dn̄t Doc. hic esse causam, φ ualent probationes factæ non dato termino ad probandum. facit ℑ. de q̄ō. l. vnius §. cogniturum. s̄m Iac. & notatur.

tatur ꝟ. de feri. l. fi. Et no. C. de dila. l. j. In alijs aũt criminib. datur 2 vna dilatio sine causæ cognitione: vt d. l. fi. de fer. Et not. † modũ practicandi hanc l. nam si accusator petat terminum ad probandum, iudex interrogabit, vbi sunt testes, vtrum absentes vel præsentes: si quidem sunt absentes, dabit dilationem, vt hic. Si vero sunt præsentes, tunc non dabit: sed expectabit eum quantum sibi videbitur, & si nimis differt, tunc reum absoluet, per quod paret non resultare: absurditatem, q̃ quidam dicunt, videlicet, ꝙ non dato termino ad probandum poterit accusator producere testes ꝟ. totum terminum, quo instantia criminalis durat, & sic ꝑ hoc instantia adulterij fieret longior. quod est ꝯ mentem huius l. nam hoc non est verum, qa iudex expectabit eum quantũ sibi videbit. videlicet ꝟ. tot dies q̄bus poterit probationes adducere, quo non facto reum absoluet, ar. l. hæc ꝯdĩ. ff. de ꝯd. & dem. 3 Et iste est verus intellectus ꝑ Doc. male visus. Vltimo † no ꝙ in crimine adulterij debet accusator adducere probationes, q̃ primum põt, si habet testes paratos. Sed in alijs criminibus non cogitur ducere, nisi termino sibi dato: vnde si daretur potest in toto termino ꝑducere testes, & adde, quod no. in d. l. fin. ꝟ. de feri.

L E X XLII.

1 *Ingenuus, & libertus respectu diuersorum idem haberi censerique potest. Et par in parem imperium non habet.*
2 *Dispensationes alterius subdito ditioni, an possint aduersus ius superioris in ditione operari*

SI Is, qui. Dispensatio alicui concessa sibi non prodest, quo ad suum superiorem, sed quo ad extraneos. sic. h. d. vel sũc, qui ius annulorum aureorum impetrauit reputatur ingenuus, quo ad extraneos, non quo ad suũ patronum, facit l. ẽt, in prin. supra de bo. liber. & supra de iure an- 1 nulo aureo. l. fi. & penultima. Et sic † nota quem reputari, vt ingenuũ, & libertũ respectu diuersorum. Ex hoc sequitur, ꝙ ingenuitatis status non contrariatur statui libertinitatis, alias simul nõ possent in vno concurrere. Sed status libertatis bene ꝯriaẽ statui seruitutis, quia non põt vnus esse liber. & seruus diuersorum. Patet etiam argu. prædictorum, ꝙ si sint duo domini vnius Castri, & vnus vendit partem suam vni subdito de eodem castro ꝙ ille emptor potest dici dñs ex persona venditoris, & subditus ex persona domini alterius, nam ille venditor non potuit vendendo ius consocij sui auferre. C. de ꝯmuni. rer. alienan. l. fallo. & ideo si delinquit, poterit per alium dominum tanquam subditus puniri, licet ille, q vendidit non potuisset, quia nulla ratione subditus erat. Et par in parem non habet imperium, vt l. ille a quo. §. tempestiuum, ad Treb. & c. innotuit. de elec. facit c. ẽt capella. de priui. vbi dr̃, ꝙ eadem capella põt esse subdita, & libera quo ad diuersos, facit l. loci corpus. §. competit. ꝟ. si seru. vend. 2 Item † no. ꝙ si dispensationes alicui subdito alterius conceduntur ꝑ principem, si põt operari circa extraneos, non operantur ꝯ ius superioris. secus si ꝯ extraneos operari nõ possent, & tunc operantur ꝯ superiorem l. ẽt. in prin. de bo. lib. dum loquitur de liberesti factione liberto concessa, nam cum illa non possit operari circa extraneos, operatur contra superiorem, & tene menti.

L E X VLIII.

1 *Occidens bannitum non legitimè, vel de banno extractum, an puniendus sit.*
2 *Stuprum ne an adulterium commisisse dicatur, qui cum nupta coiuit, quam solutam credebat. Et voluntas, & propositum distinguit maleficium. numero 3.*

SI ex lege. Qui ducit in vxorem illam quam putabat a marito iuste repudiatam, licet non esset, 1 de adulterio non punitur. secus si sciebat. h. d. Inducit † in ar. de illo, q occidit bãnitum, q erat extractus de bãno, vel nõ erat legitime bãnitus, vtrũ puniat si statutum dicat, ꝙ bannitus possit impune occidi, & dic, ꝙ si sciebat no iuste bãnitum: tenetur, vt hic, & ar. in l. 4. § condemnatum. ꝟ. de re iud. & ibi ꝑ Dy. Si vero ignorabat, tunc non tenet pœna humicidij, qa caret dolo, vt ꝟ. de sica. l. in l. sed tñ posset puniri extra ordinem arbitrio iudicis. qa fuit in culpa non explorando vtrum legitime bannitus esset, vel non ar. ꝟ. de reg. iu. l. qui cum alio. & l. q cum alterius, 2 ꝟ. de pę. respicieñdũ. §. delinquunt. Facit † ẽt ad q. de illo qui commisit stuprum cum nupta, quam putabat solutam, an dicat commisisse adulterium, vel stuprum tm̃, & dic. ꝙ cõmisit adulteriũ, qa cũ dat opera rei illicitæ inspicitur, qd̃ est in ueritate, non qd̃ est in opinione. ꝟ. de iniu. l. eum qui. §. si iniuria. & uide, quod no. ꝟ. eo. l. si adulterium cum incestu. Sed cum datur opera rei licitæ 3 inspicitur opinio, ut hic, & ita intelligitur † id, quod dr̃ uoluntas, & propositum distinguunt maleficia, sup. de fur. quia iniuriæ. in prin licet illa uideatur cõtra. Sed ne obstet, dic ꝙ uerum est quo ad delinquentem, ibi autem domum frangens non committit furtum, & ista est pulchra limitatio si bene inspiciatur.

De vi publica Rubrica.

L E X PRIMA.

1 *Arma hodie portare habere, uel uendere, an liceat.*

LEge Iulia. Qui tenet arma in domo, uel in uilla pter vsum venationis, itineris, nauigationis, vel commercij tenetur hac l. h. d. cum l. seq. 1 hodie † vero ꝑ Auth. de armis, ẽt ex dictis causis nõ licet tenere, nec ẽt portare, uel vẽdere, nisi q̄busdam personis ad hoc deputatis, sed nec ẽt aĩo se defendendi licitum est portare arma offensibilia, uel defensibilia ꝟ. ciuitatem, uel extra, ut patet per totam consti. de Armis. de iure vero fforum nõ repetitur prohibitum portare arma defensibilia, vt loricas, uel scuta. Sed nec ẽt offensibilia, dum tñ ad sui tutelam. ꝟ. eo. l. pe. §. fi. Sed de consuetudine non seruatur. vt etiam hodie per consti. Fiderici ꝑmissum uiatorib. portare ensem accinctum, uel alligatũ sellæ suæ ad sui defensionẽ x. col. de pace te. & eius viol. § mercator. licet de iure. C. esset penitus prohibitum, & ẽt faciẽdi facultas ꝓhibita, nisi certis ꝑsonis. vt C. de gladia. & vt vsus ar. inicio. prin. Interdic. sit lib. x. Et iõ sunt tria, q̃ inspiciunt primum vtrum sit ꝑmissum portare arma. Secundum utrum sit ꝑmissum tenere, Tertio utrum sit permissum uendere, & distingue secundum diuersa iura fforum. C. & Authẽ. ut dõn ex consuetudine approbatur, & maximè Mediolani, ubi fiunt arma, & uenduntur.

L E X IIII.

In eadem. Hic ponuntur multi casu, quibus quis punitur quando contra statum publicum. §. pterea. ꝟ. ea. l. & quando contra priuatum. & uide per te, quia non expedit summare. Pau. de Cast.

L E X V.

1 *Quæstio ciuilis si in criminali incidat utra prior expediri debeat. Et quid contra.*
2 *Iudices seculares, an de clericis cognoscant. Et qui nuntium sententiam de mandato exequentem impedit, seq. armis defendit lege Iulia de vi publica tenetur.*

1 QVi cætu. In §. si de vi. si † quæstio ciuilis incidat in criminali. prius expeditur criminalis, q̃ ciuilis, ad hoc allegat. Sed quid eꝯ, si criminalis incidat in ciuili? dic, aut incidit ꝑmodum accusationis pnõd patr, & tũc idẽ. C. de or. iu. l. fi. aut ꝑmodum exceptionis, tũc siqdem in cã ciuili prius intẽtata agebaẽ de ꝓprietate, neutra pfert alteri sed utraq. simul expeditur, ut l pe. eo. ti. de or. iud. Sed si agebatur de poss. tune ciuilis præfertur criminali. si criminalis requirit altiorem indaginem. C. de edic. diui Adri. tol. l. 2. Si de ui. si criminalis ut ꝯgruat ti. In §. q uacãtem. l. honestã, uel inhonestã, q̃ ꝯuersa est ad honestam, nam in illis idem est l. imperialis. C. de nupt. si aũt oĩno esset inhonesta, & turpis, tñ rapiens non tenet. sup. de fur. l. verumtamen. & C. de rap. uir. l. prima. in princ. Nota 2 † q̃ño iudices seculares ad ecclesiasticos iudices mittũt clericos qui eos cum mitra uel alio simili puniant, cum de hoc se intromittere nõ dẽant. Bart. & est no. in l. q dolo. Not. ꝙ qui nuntium exequentem sententiam cum mandato impedit, & non pmittit exequi, sed cum armis se defendit, tenetur hac l. hoc verum, si sit certũ, ꝙ sit illius iudicis, & hẽt mãdatum, & modũ non excedat vt l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. x. Pa. de Cast.

Ad l. Iul. de ui priuata. Rubrica.

L E X PRIMA.

1 *Pœna ordinaria, & extraordinaria, an pro eodem crimine imponi eidem possit. Et quid de duab. ordinarijs Et an infamis possit esse iudex.*

DE vi priuata. Damnatus hac l. perdit tertiam partem bonorum, & infamis efficitur, propter qd̃ ab honore dignitate repellitur, & in hanc l. incidit, qui ex naufragio dolo malo aliquid accipit. licet etiam ex constitutionibus principum extra ordinem puniat. 1 h. d. Et no. ultimum, quia † per hoc uidetur, ꝙ ex eodem crimine possit alicui imponi pœna ordinaria, & extraordinaria, facit ca. j. extra de calum. & de rap. c. in archiepiscopa. Sed duæ pœnæ ordinariæ imponi non possunt ẽt ex diuersis legib. l. senatus. de offi. præl. Infamib. No. ꝙ infamis non põt esse iudex. & hæc exceptio debet opponi ante litem cõtestatam, si est iudex delegatus. Sed si est ordinarius, non potest contra eum hæc exceptio opponi per subditum, ar. in l. Barbarius. de of. prætο. & l. senatus. de of. præsi. de quo dic. ut no. ꝑ Inn. in c. sciscitatus, de rescrip. de of. del. cum super. p et Bar. in l. q dam consulebant. sup. de re iu. Eadẽ pœna. l.

na. sct repellatur a dign tate vel honnre. Redigsitur, vt sunt om
nes damnati ex causa famosa. ta es enim a dignitate, vel honore
repelluntur. C. de dign. l. neq. famosos, li. 12. hoc vult dicere iste
versiculus, licet gl. multum laboret.

L E X II.

1 *obligatio ad pœnam legis Iul. de vi priuata. unde nasci dicatur: Et qui con-*
sentit in delictum, non consentit in pœnam. Et quid in delictis.

1 HAc lege. Non summatur. Tenetur. i. puniri. nam † ad hanc pœnam non resultat oblõ. quod patet, quia ad ipsam imponendã non intẽtatur actio, sed implorat iudicis officiũ nobile, qđ nõ ꝑsupponit oblõnem. l. g per collusionẽ. ſ. de ac. emp. & de annu leg. l. Quintus Mutius §. Pomponius, & no. ſ. de dã. inf. l. cum postulassent, & hoc est regulare in oi pœna, q̃ resultat ex crime publico. Alij dñt ẽt ad illam eum obligari, qa delinquendo consensit, vt puniat ſ. de postula. l. 1. §. ad bestias. Ex quo consensu orit obligatio.
2 Sed † non placet: qa licet consentiat in delicto, non consentit in pęna, q̃ imponit in eo. In criminib. ãt priuatis bñ resultat oblõ ad pęnam, vt patet ſ. in toto libro de priua. delic. in qb. pœna petit iure actionis: patet ẽt in l. 1. ſ. de act. & obl. quia dicit oblõnem oriri ex delicto. l. in publicis criminib. ad pœnam extraordinariam applicãdã parti rõne sui interesse: sistontur oblõ & actio in scm. j. de fal. l. q̃ ꝑ nole. ſ. pro socio. l. necquicquam, & hanc non puto oriri ex cõsensu, licet ex legis authoritate. Verberet. s. cum dolore pulsaretur. ſ. de inin. l. lex Cornelia. §. inter.

L E X VII.

1 *Debitor uendendo rem alij obligatam, an dominium traditione in emptorem, accipientem transferat. Et quid in iuribus incorporalibus.*
2 *Emptor iuris incorporalis, an impune quasi possessionem propria authoritate apprehendere possit.*

CReditores. Si creditor in bonis debitoris, ꝑpria authoritate. l. sine iudicis licentia ius sibi dicit, ius suum amittit, & si ꝑuiolẽtiã facit, hac lege tenet. h. d. cum l. seq. quod plane decla, vt plenè no: in l. 1. ſ. quod met. cã. Si in rem. i. sibi debitam, vel non: nam anteq̃ sibi tradatur, non dr̃ sua, sed debitoris, licet dicatur sibi debita. Hinc est, ꝙ debitor alteri tradẽdo, & vendendo transfert dñiũ. C. de rei ven. l. quoties. facit l. ex stipłone. de acq. pol. & C. eo. ti. l.
1 minus instructus. hoc est † verum in reb. corporalib. in quib. cadit uera traditio. Sed in iurib. incorporalib. in qb. vera traditio non cadit, ex sola cessione transfertur omne ius, quod qs hẽt. ſ. de pigar. l. 4. & notatur ꝑ Compostella. in c. 1. extra de const. hoc patet in cessione, vel in datione actionum, per q̃ transferuntur utiles ipso iure sine alia traditione, q̃ non in eis cadit. C. de ac. & obl. l. 1. Ex hoc sequuntur duo notabilia. Primo, ꝙ si ius incorporale concedit duob. ille q. est prior, est potior in iure. Scđo si res tradatur, in qua illud ius fundatur, ut l. creditor. §. fi. cum l. seq. ſ. qui pot. in pign. habe. Sed in corporalib. potior est ille, cui prius
2 traditur, ut d. l. quoties. Scđo † sequitur, ꝙ ille cui simile ius venditur, põt propria authoritate occupare. Nec in hanc l. incidit, dũ modo nihil corporale attingat: istam q̃õnem ponit Inn. notabiliter in c. cum nostris, extra de concess. preb. secus si aliquod corporale attingeret, ut in c. licet, de præb. lib. 6 intrauerit, ẽt si ꝑ ip in esset lata iniã: qa non licet propria authoritate executionem facere l. miles §. iudicati. de re iud. Secus si hẽt licentiam a iudice, vt j. subijcitur in uerbo nullo concedente, a contrario sensu, & ſ. de acq. pol. l. iuste possidet, & no. in d. §. iudicati, & C. vnde vi. l. meminerint, per gl. nam talis snia etiam si sit iniusta ipsum excusat. ar. ſ. de suspec. tuto. l. qui testamento.

L E X VIII.

Si creditor. Debitoris occupet. Sed si in re mea quam naturaliter, & ciuilr possideo, tu aliquid facis, licitum est propria authoritate occupare. ſ. ad l. Aquiliam. l. quemadmodum. §. si protectum. & ſ. quod ui, aut clam. l. quod vi. §. si ad ianuam. Idem si tantum ciuiliter possiderem, quia licitum est mihi illam ciuilem possessionem defendere. ſ. uti possi. l. 1. §. interdictum, & ibi no. in gl. Idem si retinerem licet ex decreto iudicis. l. hæc autem. §. fi. sup. de quib. cau. in poss. ea. & notatur per Bar. sup. si mulier ventris nomine. l. 1. §. necessario. Et adde quod no. Inn. in c. 1. extra de immu. ecclesiæ, & per gl. in cle. 2. de censi. & in Spec. de loc. §. nunc aliqua ver. quadragessimo octauo, & d. l. hæc autem. in fin. & dico, ꝙ illum tex. intelligit melius Bar. in l. 1. §. necessario. alleg. quàm aliquis alius.

De sicarijs. Rubr.

L E X PRIMA.

1 *Qualiter puniatur testis, cui falsum deponit in causa capitali.*
2 *Negatiuam quandoque quis probare cogitur.*

LEge Cornelia. Incendium est ẽt si inde non sit secuta mors. Et qualiter puniatur incẽdiarii: Vide qđ plene
1 † no. C. de accu. l. datam, & c. præterea, extra de sententia excom. Qui uel falsum testimonium. Not. istum ver. in causa capitali tenetur hac l. quod intellige, si ex illo testimonio fuerit quis condemnatus, alibi dr̃, ꝙ tenetur pœna talionis, sicut accusator calumniosus, ut hr̃ 33. q. 5. hæc imago, & vide quod no. 2. q. 1. in gl. summæ.

§. Diuus. Absolui. i. totaliter. si casu fecit. C. eo. l. eum. Sed si per culpam non totaliter, sed leuius punit, ve in gl. & j. de pœ. l. respiciendum §. delinquunt, & incumbit sibi onus probandi, ꝙ non fecerit animo interficiendi, quod qualiter probari potest, notatur. C. eo. l. quia probatur ex coniecturis, qa erat amicus suus, uel consanguineus præstito iuramento pur-
2 gationis, ut ibi notatur. Et † sic no. casum, in quo quis tenet probare negatiuam, uidelicet, ꝙ nõ sit dolus, & est rõ, qa cum actus sit de se probatur, præsumitur contra eum. C. de iniur. l. si non conuicij. alias qui dolum allegat, dolum probare tenetur. l. quoties. C. de dolo, & l. qui dolum. ſ. de probatio.

1 *Impunitum esse quod, quis ad sui defensionem facit.*
2 *Sui in substitutione qui dicantur.*
3 *Testatoris verba ad iuris subtilitatem non semper sunt restringenda.*

1 §. Item diuus. Nn. † ſm Iac. de Are. impunitum esse, qđ ad propulsandam iniuriam suam & suorum quis facit: ad ea q̃ notant. in l. ut uim. ſ. de instit. & iur. & dñr sui. oẽs qui ꝯ ipsum testimonium ferre non cogunt. l. vsq. ad septimum gradum, ut no. gl. C. ad Turpil. l. pen. istud facit ad q̃-
2 stion. † cum qs instituit in testõ Titium, & suos. de qb. intelligat. Nam dñt quidam, ꝙ non intelligitur, nisi de filijs in ptãte constitutis. Nam alij sunt extranei. sed ego puto, ꝙ intelligat de oibus agnatis vsq ad gradum octauum, qui põt ad eius successionem uenire, puto tñ eos substitutos ſm ordinem, ut priores in gradu prius uocentur ad substitutionem, arg. de leg. 2. l. peto. §. fratre, &
3 l. cum pater. § pen. & ad Trebe. l. hæredes mei §. peto. quia † non sunt semper uerba testatoris ad subtilem iuris interpretationẽ restringenda. de leg. tertio. l. non aliter, & d. Bart. aliqualiter in l. Gallus. §. primo. & bene ſ. de li. & post.

L E X . III.

1 *Pœna legalis si per statutum alteretur, an punitio remaneat. Et statuta dicentia bannitum interfici posse, bene fundata esse.*

EIusdem legis. In prin. Sed si cã hominis necādi: tũc secura morte punirctur. pęna capitis, alias pęna relegationis: qa illa est mala occatio. j. de pę. si quis aliquid. Pigmẽtarij. i. speciarij, sic cicuta herba pestifera cuius succo mortuus est Socrates. Et facit ad
1 id, quod no. per Bar. in l. 2. ſ. de pub. iud. vbi q̃rit, nunquid si pœna legis alteret ꝑ statutum remaneat punitio? & dicit, ꝙ sic, quia licèt pœna sit mutata, tamen accusatio durat, ut hic est casus lgẽ no. ꝙ statuta dicentia bannitum interfici posse, esse bene fundata ꝑ hunc tex. Transfugas ẽt si sint legitime banniri pro crimine contra rempublicam commisso. Pau. de Cast.

L E X IIII.

1 *Dolus in eo qui in officio delinquit non requiritur, ut puniatur.*
2 *Iudex reum cum excessu torquens, ita, ut inde mors ipsi reo contingat, an sit puniendus, licet dolo careat, & qua pœna.*

1 LEge Cornelia. Si positus in magistratu facit aliquod illicitum contra necẽ hominis, tenetur hac l. h. d. Et no. ꝙ † in eo non requiritur dolus, qui delinquit in officio, ut puniatur etiã totaliter, sed sufficit lata culpa. C. de custo. reo. ad commentariẽsem, & sic grauius punitur, q̃ alij. Secus si delinqueret extra officium, quia tunc punitur mitius etiam si dolo delinquat. j. eod. l. pen. & per
2 istud principium dr̃, ꝙ † si iudex posuerit aliquem ad torturam, & excessiuè torserit, ita ꝙ mors secuta sit, licet dolo careat, quia videtur ad uindictam publicam fecisse. ſ. de iniu. l. quod reipublicæ: tamen debet decapitari, si fuit in lata culpa, quod est notandum secundum Bar. hic, & ita ponitur casus, & no. per Cy. in d. l. ad commentariensem. Pau. de Cast.

1 *Culpa lata in maleficijs, an dolo æquiparetur. Et an quis puniatur pro leui, & leuissima culpa.*

§. Cum quidam. Qui per lasciuiam, aut latã culpam mortis causam alicui præbet,

bet, non punit poena capitis, sed relegat. h.d. & sic mitius punit, q delinquit p culpam, q̃ p dolum. quia lata culpa non æqparat dolo in maleficiis. j. e. l. 3. Et dñt quidam, q nulla culpa facit quẽ ꝯdemnari criminalr, nisi lata, & de hac loqur hic, & no. Cy. in l. si qs non dicam. C. de epi. & cle. Sed tu dic, q ēt pp leuem & leuissimam punitur quis criminalr, licet leuius q̃ p latã. j. de poe. l. respiciẽdum. §. delinquunt. Item no. q tunc punit quis criminaliter ex lata culpa, cum ipsa sẽdit principalr in læsionẽ alterius, alias secus, vt l. si adulteriũ cũ incæstu. §. Imperatores. s. de adul.

1 *Fauori publico an per priuatum renuntiari possit. Et quid, si statutum puniat alium percutientem, an puniet percutientem eum, qui uelit.*

2 *Absens ad mortem damnari potest.*

§. Idem diuus. Non est licitum aliquem ēt volentẽ castrare, vel spadonem facere, ēt si sit seruus, & q hoc fecerint, vel se sponte, ad hoc tradiderint, in hãc Lincidũt, & capite puniũtur, & poterunt in absentia condemnari. Sed qui seruum castrandum tradiderit, dũtaxat in dimidiam bonorum mulctabit. h.d. vsq. ad l. 3. & hoc est statutum in publicum fauorem, vt ciuitas, & imperium liberis repleat. j. de bo. dã.
1 l. fi. §. pe. & sol. mat. l. 1. & † iõ non potest ēt per volẽtem huic fauori renuntiari, vt hic patet, & s. de iniu. l. 1. §. vsq. adeo. licet iniuria priuata remitti possit, ut ibi. Per hoc patet, q si statutum dicit, q percutiens aliquem in tanto puniat, q ēt percutiens volentem incidit in statutum, qa fauorem publicum respicit, & bonos mores, & hoc est verum, quo ad publicam vindictam. Sed ipse pcussus non aget iniuriarum, qa iniuria non infertur in volẽtem. Secus si statutum respiceret tm̃ priuatam vtilitatem, vt si diceret, q nullus ingrediatur possessionem alterius, nam ingrediẽs possessionem volentis non teneẽ, nec quo ad ipsum volentem, nec quoad rem publicam, ar. dict. §. vsq. adeo, & l. 1. §. inde quæritur.
2 s. de nou. ope. nun. & de seruis expor. l. 4. Item † no. casum specialẽ in ver. & q hoc crimine, in quo damnat qs absens ad mortem, & est alius. C. de poe. l. ne diu. fm Bar. est alius in crimine legis Iuliæ maiest. vt hr̃ in quadam noua constitutione Federici, quam edidit in ciuitate Pisarum fm Bar. Gl. tñ hic dicit, q in absentia nõ damnabitur ad mortem sed relegabitur, q̃ poena irrogari põt in absentem. Tu dic ꝯ. Nam illud est verum, cum tale crimen est, ex quo etiam præsenti non veniret imponenda poena capitalis, sed relegationis: vt j. Si autem capitalis veniret imponenda, & tunc in absentia non debet etiam relegationis sententia ferri, vt notatur in l. absentem. j. de poe. per gl. super verbo relegationẽ, quæ contradicit huic, sed illa vera secundum Dy.

LEX VII.

1 *Culpa lata an puniatur, si non sequatur euentus.*

2 *Culpa lata in maleficijs innominatis an dolo æquiparetur, & quid in maleficijs nominatis.*

IN lege. Ad poenam l. Corneliæ imponendam sufficit dolosus animus, licet non sequaẽ euentus maleficij. Sed lata culpa non sufficit, q̃ in maleficijs non æquiparatur dolo, ad hoc alle. Circa primum dic, † q si non sequiẽ euentus, aliqualiter leuius punitur quam si sequereẽ. s. de extraord. crim. l. in princ. & innuit in tex. in l. aut facta. §. euentus. j. de poe. facit quod notaẽ in Spe. de actu. §. j. ver. quid si per actũ fuerit. Circa fm dic, q in maleficijs, vel delictis nominatis lata culpa non æqparatur dolo, siue sint priuata crimina, siue publica. & siue quæratur de poena criminali, siue ciuili, ut est furtum, & iniuria, uel homicidium & crimen falsi. s. de fur. l. j. & l. falsus. §. q alienum. & l. inter omnes. §. rectè ibi, q d in dolo &c. & C. de fal. l. nec exemplum. Sed in maleficijs innominatis, ut cum punit actus, vel factum, qui non cadit in nomen alicuius maleficij, tunc lata
2 culpa † æquiparatur dolo s. si mens. fal. mo. l. prima. §. primo, & si quis testa. liber. esse iussus l. prima. §. non aũt. nam ibi punitur seruus, qui aliquid subtrahit pendẽte ꝯdõne libertatis quod furtum dici non potest, ut l. serui. & filij. s. de fur. ut oriaẽ actio furti. Sed actus est de se malus, & ideo lata culpa æquiparatur dolo, & est ratio in prædictis, quia in maleficijs innominatis imponiẽ poena extraordinaria ad arbitrium iudicis. s. de extraord. criminibus. l. j. § 1. & no. de iniur. l. quod senatus. Sed ad poenam extraordinariam sufficit lata culpa, ut s. eo. l. corporalia. §. primo. Sed in nominatis criminibus imponitur poena ordinaria ad quam rlr requiritur dolus. Cætera dic, vt d. l. prima. §. non autem. si quia testa. liber. Bar. & adde gl. quæ cum ista l. all. in l. in actionib. s. de in litem iurand. l. lata negligentia. Pau.

LEX VIII.

Si mulierem. Si mulier dat cãm, ut abortum faciat, in exilium damnat ex hac l. h.d. hoc est verum, antequam partus sit formatus in utero. ut ante xl. dies, uel fm alios 45. Sed postquam esset in utero formatus, tunc puniret poena capitis. quia esset homicida. j. de pœ. l. si quis aliquid. §. qui abortionis, & no. s. de extraor. crimi. l. diuus, & dic, ut ibi in gl. poenam uero irregularitatis non incurrit, nisi qui partui iam formato mortis cãm præbet. extra de homi. c. sicut Dy. Paul. de Cast.

LEX XII.

1 *Voluntas in maleficijs an spectanda sit, non euentus: Et an voluntas quandoque puniatur. Et quid in eo qui plus delinquit, quàm credidit, aut voluit.*

FVrem. Furem nocturnum, licitum est interficere, si parcere quis ipsi non põt sine periculo suo, vel suarum rerum. h.d.d. tex. cum gl. Furem aũt diurnum non põt quis interficere, nisi timeat piculum psonę, quia telo se defendit, nam piculum rerum timere non põt, quia põt diurnus cito recognosci, & in iudicio conueniri, & idem esset in
1 nocturno, si eadem rõ subesset, fm Doc. Ex prædictis patet † intellectua ad l. 1. C. unde ui, ubi dr̃ q licitum est uim vi repellere cũ moderamine inculpatę tutelę, qd̃ intellige, si alr se defendere nõ põt, ut l. scientiam. §. cum alr. s. ad l. Aqui. Et certe locum hẽt, ēt si timeat periculum rerum suarum. Vnde si uis mihi res meas auferre, & ego timeo ipsas non posse recuperare, quia es potẽs, vel te non cognosco, licitũ est mihi te interficere, & idẽ si velles me uerberare, licet non interficere, nam si permittitur pro periculo rerum irrecuperabilium, fortius pro periculo personę, quod no. perpetuo secundum Bar. & est valde bonum dictum.

LEX XIIII.

1 *Vim vi repellere licere cum inculpata tutela moderamine, qualiter intelligendum sit. Et an verberare, volentem occidere liceat.*

DIuus Adrian. In maleficijs spectatur uoluntas, non euentus. Sed alibi dicitur, q spectatur euentus, ut j. de poen. l. aut facto. §. euentus, & dic, q vtrunque procedit in diuersis casib. & ideo lex ista legitur quatuor modis. Primo, q delinquere noluit, & tamen deliquit, & tunc inspicitur eius uoluntas, de fur. l.
1 qui iniutiæ. in prin. Sed circa hoc dicas, q † aut ipse fuit in culpa, & tunc punitur, sed mitius habita distinctione inter latam culpam, & leuẽ, & leuissimam. s. eo. leg. Cornelia. §. 1. & l. in le. Aut delinquit per casum, & tũc, aut pcessit culpa, & idem per omnia. C. eo. l. 1. & ibi notatur. Sed si nulla præcessit culpa, tũc in nullo tenet, quia casus fortuitus non meretur poenam. C. e. l. eum qui. & j. de poe. l. respiciendum. §. delinquunt, in fin. C. de pig. act. l. q fortuitis. Secundo legiẽ in eo, qui uoluit delinquere, sed non perfecit, vt ex sola volũtate puniat, vt supra e. l. prima. circa prin. & §. diuus. & C. eo. l. is qui cum telo. quod est verum: si processit ad aliquem actum. Secus si staret in finibus solius cognitionis. j. de pę. l. cogitationis. Item est verum in grauiorib. criminib. secus in leuibus, vt l. 1. §. 1. q quisq. iuris. Item est verum, si actus quẽ fecit, est de se punibilis, secus si esset permissus. Nam ēt si delinquere intenderet, non delinqueret. s. de fur. l. falsus. §. qui alienum, & l. inter oẽs. §. recte, versi. per ꝯtrarium, & de iniu. l. apud Leonẽ. §. si quis virgines. his enim omnib. casibus inspicitur euentus, non voluntas. Item posito, q sola voluntas interdum puniatur, tñ mitius punitur, q̃ si sequutus fuisset euentus. s. de extraor. crimini. l. 1. prædicta vera de iure cõi, de consuetudine vero, vel statutis locorum potius inspicitur euẽtus, q̃ voluntas, vt no. in Spe. de accusatore. §. 1. ver. quid si primo actum fuerit, & istæ duę puniuntur, vt in glo. Tertio modo legitur extra glo. in eo qui voluit delinquere, sed plus deliquit, quam voluerit, quo casu dic, q aut plus deliquit circa eandem rem, aut personam, & tunc inspicitur euentus, non voluntas postquam dabat operam rei illicitæ, vt patet supra de adul. l. si adulterium cum incestu. in prin. & de iniurijs. l. eum qui. §. si iniuria. & ideo si credebam tantũ vulnerare, sed occidi, teneor de occiso. Item si credebam furari rem prophanam, & erat sacra, teneor de sacrilegio. Item si credebam verbera re ignobilẽ, & ille erat nobilis, teneor tanquã verberãs nobilem, argu. iurium allega. Si vero plus deliquit circa diuersas res vel personas, q̃ putauerit, tunc aut illud verisimiliter poterat credere, & inspicitur euentus, vt C. ad le. Iulia. de vi pub. l. si quis ad se fundum. Item ille, qui congregat gẽtes ad faciendũ tumultum, tenetur de cæde cuiuscunq. ēt si sit mortuus vnus de parte tua, q tñ non putabat, & ideo si quis disposuit ignem in domo vnius, vt illam tantum ꝯbureret, tenetur etiam si combussisset domum vicinorum, nam euenire posse prospicere debuit. supra ad l. Aquil. l. qui occidit. §. in hac actione. Si vero verisimiliter illud non dẽbat credere, tunc aut deliquit in alias psonas vel res principaliter, vt puta, credebã vulnerare Titiũ tm̃, & vulneraui alium, q se interponebat, vel alium prætereuntẽ, & tunc teneor de vtroq. sup. ad le. Aquil. l. scientiam. §. q cum aliter, puto tamẽ, quod non ad poenam criminalem, sed mitius puniar, quia non

fui in

fui in dolo. Item hoc est verum, quando dabam operam rei licitæ volendo hominem percutere. Sed si dabam operam rei illicitæ, vt quia volebam percutere feram, & percussi hominem prætereuntem, non teneor dummodo non fuerim in aliqua culpa, vt in cau. resp. iciendum. §. delinquunt. in fi. facit l. si putator. ad l. Aqui. Sed si deliqui in aliam personam per personam de qua nõ cogitabam, vt quia credebam percutere patrem fam. & ipse erat filiusfam. & sic deliqui in patrem: non teneor quo ad patrem, & sic inspicitur voluntas, vt est casus. ff. de iniur. l. cum qui. §. fin. Quarto mõ legitur in eo, quod credebam delinquere vno mõ, & vno gñe delicti, & ipse deliqui alio modo, vel alio gñe: vt inspiciatur quod putabat, sed illa lectura non procedit, quia in iure inspicit euẽtus, nõ voluntas, sup. de crimine expil. hæred. l. si & istud est notandum. Pau. de Cast.

L E X XVII.

1 *Occiso vno in rixa eum teneri de occiso, cuius ictu periit occisus, si de eo constet. Et quid si non constet. Et qualiter teneantur socij, si plura intercessĕrint vulnera.*

2 *Delinquentibus plurib. qualiter teneatur vnus ex alterius delicto.*

SI in rixa. Si in rixa fuerit vnus percussus a plurib. dẽt ictus vniuscuiusque cõtemplari. h. d. Sed ad quid dicit gl. quod ille puniatur, qui habuit animum occidendi: alij non. Tu dic clarius, quod † ille teneatur de occiso, cuius
2 ictu periit. Nam si plura fuerunt vulnera, & unum tantum erat mortale, ille punitur de occiso, qui mortale intulit si cõstare potest quis fuerit. Sed alij qualiter punientur? dic. aut quæritur de pœna ciuili, aut pecuniaria, aut de pęna criminali, aut de pœna canonica, vt irregularitatis. Primo casu punientur de vulnere tãtum non inspecto, an voluerit occidere, vel non: nam quo ad illam pœnam magis inspicitur factum, quàm voluntas, & hic est casus in l. item Mela. §. si plures. ad l. Aqui. hoc verum, si vulnera non mortalia præcesserunt mortale. Si vero mortale præcessit: tunc sequentia vulnera, licet ex se non erant mortalia, tamen propter mortale præcedẽs censentur mortalia in hominis debilitate, & sic tenerentur de occiso ſm Bar. ar. ff. ad legem Aquiam. l. io hac actione. § si quis seruum ęgrotum. Sed non videtur verũ: quia ex quo letaliter erat vulneratus, & sic non poterat euadere, sequentia leuia vulnera non dant mortem, licet accelerent eam, vnde videretur dicendum, eos potius mitius puniri tanquã vulnerauerint iam mortuũ, qui de proximo moriturus erat, ar. de testamen. mili. l. ex eo quod. & sup. de dam. infe. l. damni. §. Sabini. Sed dictum Bar. bene procedit, quando præcedens vulnus nõ est mortale, sed propter sequentia efficitur mortale: & sequentia propter præcedens, nam tunc quilibet videtur dare causam mortis, & sic quilibet tenetur de occiso, ac si omnes simul occiderint, & hoc est, quod dicit gl. hic, & hoc puto verius. Secundo casu cum quæritur de pœna criminali: aut illi qui vulnerauerũt non mortaliter venerunt cum animo, & proposito interficiendi, licet unus tantum interfecerit, & tunc perinde tenentur, ac si occidissent. supra eo. l. prima. §. diuus. Sed si hunc animum nõ habuerunt ab initio, vel in ipso actu: tunc tenentur de vulnere tñ, ex quo ipsi non interfecerunt, sed alius: ita dicitur in gl. quæ sic debet intelligi, quod est verum de iure cõi, de consuetudine vero, vel statuto ſm, quod non consideratur animus, sed euẽtus, vt dixi sup. in l. diuus. tunc dic idem per omnia, ut in primo casu dixi. Tertio casu cum quæritur de pœna canonica. s. irregularitatis dic, quod illam non incurrit, nisi qui interfecit, non illi qui vulnerant non letaliter, etiam si habeant animum occidendi: nam & ibi inspicitur exitus, non voluntas, ut extra de homic. significasti. hæc vera, cum cõstat de illo ex cuius ictu periit, sed si nõ cõstat: tunc aut vulnera sunt æqualia, vel vnum non est magis mortale, quàm aliud, tunc omnes tenentur de occiso, ut in glo. & iam dictũ est. Sed si vnum tantum est mortale, non tñ constat quis illud intulit: tũc nullus tenetur de occiso, sed omnes de vulnere, & hoc ne in dubio innocens condemnetur, ff. de pœn. l. absentem, licet Bar. videatur dicere cõtrarium, sed non placet. Et idem est ubi vnus tantum percussit mortaliter: sed non constat quis: nam omnes absoluuntur, h. d. glo. ordinaria, in l. item Mela. in §. sed si plures. in j. glo. quàm Doct. omnes dicunt esse contrariam huic gl. Sed re vera non est, quia illa loquitur, quando unum tantum fuit vulnus mortale, & non cõstat quis intulit. Ista vero loquitur, quando vulnera omnia fuerunt ęqualia, puta, omnia mortalia, vel omnia nõ mortalia per se: nam tunc quilibet videtur dedisse causam mortis: & ideo quilibet tenetur de occiso. Sed gl. cõtraria, vnus tantũ dedit, sed non constat quis, & ideo in dubio sanctius est nocentẽ absoluere, quàm innocentem condemnare, vt in d. glo. quæ debet limitari quo ad alios, qui non dederunt causam rixæ. Ille uero qui causam dedit, tenetur, etiam si non constat quis occidit, ut l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iulia. de vi pub. quod est verum, si non prætextu officij: quia tunc habet locum. §. sed si plures. Sed si prætextu officij, quia tunc multiplicatur vna pęna omnibus. l. tutorum. de admi. nistratione tut. Ex prædictis patet, quod si plures delinquunt quilibet tenetur sua pœna, nec pœna vnius liberat alium. d. §. sed si plures. Sed interdum æqualiter, interdum inæqualiter. & hoc cum non delinquunt sub prætextu officij. nam tunc omnes tenentur vna tantum pœna. ff. de pub. l. si tmtus. & sup. de admi. tuto. l. tutorum. Per quas leges determinatũ fuit, si statutum dicit, quod si custodes carcerum recipiant pecuniam ab incarceratis puniantur pœna quadrupli, & soluendo vnus tantum quadruplum pro omnib. cæteri liberentur: quia delinquũt sub prætextu officij. Item ista vera, cum quæritur qualiter plures
2 delinquentes puniantur. Sed † si quæratur qualiter vnus teneat ex delicto plurium? dic, quod aut ille nõ fuit in dolo: & tenetur vna tantum pœna, & illi plures reputantur pro vno. sup. de pub. l. si cum exegisset, & ff. si fa. fur. fec. dicatur per totum. Si vero fuerit in dolo: tunc aut quæritur qualiter ex persona plurium puniatur, & tenetur pro singulis. l. j. in prin. ff. si fam. fur. fecis. dicatur. Sed si quæritur qualiter teneãtur ex persona sua plures delinquentes dic, quod vna tantum pœna, arg. sup. ad leg. Iul. de vi priua. l. a & ideo si mando plurib. quod faciant vnum maleficium, vna tantum pœna punior ex mandato meo.

L E X VI.

1 *Qualitas in mandatario delictum aggrauat in mandante. Et quatenus id verum sit.*

Ad l. Pompeiam de parricid. Rubr.

VTrum. Filius istius de morte patris tenetur pœna parricidij, & idem in extraneo si consilium dedit, quod filius interficeret patrem. h.
1 d. Si occiderit dic, ut in gl. & † sic no. quod qualitas, quæ est in mandatario aggrauat delictum in mãdante. Nam si mando filio alicuius, quod patrem interficiat, vel si præsto auxilium, vel fauorem, teneor lege Pompeia, sicut ipse filius: & tamen si per meipsum facerem, solũ tenerer l. Cor. de Sicar. istud est verum in qualitate, quæ inerat, in princ. mandatario, sciente ipso mandante: secus in illa, quæ superuenit ex postfacto præter eius propositum, nam illa non aggrauat delictum, sup. de fur. l. is qui opem. vbi dicitur, quod licet ipse fur sit deprehensus in furto: non tamen tenetur furti manifesti: quia illa qualitas ex postfacto superuenit. Ex quibus conclude ad duas quæstiones. Prima est si statutum dicat, quòd popularis vulnerans popularem puniatur in centum, nobilis vero teneatur in duplum: & unus popularis mandat vni nobili, quod aliquem vulneret, certe punietur in duplum, sicut ipse nobilis: quia qualitas illa inerat a princip. Secunda est, ſm statutum plus punitur furtum factum de nocte, quàm de die, pone mandaui tibi, & opem præstiti, vt faceres furtum de die, & tu fecisti de nocte, certe punior, ac si fuisset factum de die. quia præter propositũ meũ, argumen. dictæ l. is qui opem, & dic, vt ibi plene per Bar. Paulus de Castro.

L E X VII.

SI sciente. Non solum filius patrem interficiens hac l. tenetur, sed etiam quilibet extraneus opem præstans filio, & etiam qui fuit causa, vt ille opem præstaret. h. d. In gl. quando dicit no. arg. pro qua gl. facit l. ordine. §. in fraudem. ff. ad municip. & in Auth. de san. epi. §. omnib. colla. 9. in Auth. vt nulli iud. §. si quem adulterii. Sed certe iura ista loquuntur, quũ contractus tendit in præiudicium aliorum, quàm contrahentium, nam tunc adhibitus est, vt proxeneta teneatur illis. Sed casus gl. loquitur quando tendit in præiudicium illius tantum, qui proxenetam adhibuit, unde non videtur, quod illud possit eis impingere, argu. de lega. j. l. si seruus plurium. §. si hæredi. & C. de seruo pig. da. ma. l. 2. & quia nemini officium suum debet esse damnosum. sup. ex quib. caus. ma. l. videlicet. & hoc puto verum. Et si diceres, ſm istam rationem non videtur, quod vsuræ repeti possint etiam a mutuante, respondetur, quod alia ratio est in mutuante, cũ ex mutuo lucrum senserit licitum, quod ab eo extet, vt l. propterea §. meminisse. de inoffi. testam. & de calom. l. in hærede. vnde non potest repetenti turpitudinem imputare, de qua lucrũ sensit, & facit quod no. in l. alias. §. fin. de iureiur. per Bartol. Pœna. Bar. dicit, quod hodie locum habet pœna huius l. per l. j. C. eod. aliæ ll. non leguntur.

Ad leg. Corn. de falsis. Rubr.

1 *Falsum quot modis committatur.*

2 *An magis credatur, testib. quàm notario.*

¶ Iste titulus diuiditur in tres partes. Primo loquitur de vero falso, quod punitur p l. Corne. Secundo de quasi falso, qđ puoitur per senatusconsultum. Tertio ponit, quæ sit pęna falsi, vel quasi
1 simil. Secunda ibi testamenta. Tertia in fi. Et no. † φ falsum cōmittitur septem modis, qui ponuntur vsq. ad §. ad testaměta. Primo cum mutatur veritas cum expressione falsitatis, & de hoc loquitur principium. Secundo vero cū pecunia recipitur, vt mutetur, licèt mutata nō sit, & de hoc loquitur §. item q ob instruēda. Tertia cum veritas ipsa venditur, vt si testis recipiat pecuniā vt etiam verum testimonium dicat, & hoc colligit in versiculo sed & si quis in verbo dicendum, cum glo. Quarto modo cum celatur veritas, non tñ exprimitur falsitas, & hoc dupliciter, nā interdum celatur tacendo, & de hoc in eodem versiculo in verbo, vel non sciendum. Interdum vero ɔmittitur ipsam veritatē corrumpendo, vel peruertendo, & de hoc in versiculo qui rationibus, & prædicta locum habent, cum veritas facti mutatur aut supprimitur. Quinto modo ɔmittitur cum mutatur, vel supprimitur veritas per iuris ministrum, & de hoc in versiculo, sed si iudex. Sexto cum procurator aduocatus, aut iudex reuelat secreta iuris partis vnius alteri, & in versiculo is qui deposita. Septimo committitur cum notarius solennitatem iuris scienter omittit. C. de test. l. iubemus. in fi. vbi ex tex. notabilis casus in principio, φ notarius qui scribit aliter dicta testium, q̃ dixerint, vel aliter
† iudici ostendit q̃ dixerint, pœna falsi punitur. h. d. † Sed qualiter probatur hoc si notarius dicit, φ testes dixerint vnum, & testes dicunt se aliter dixisse cui creditur? & vī dicendum, φ credatur testib. per istam literam, aliter quomodo posset hoc probari? Sed contrarium est verum, quia quilibet testis in suo dicto est singularis, & ideo, sibi non est credendum, vt in c. cum dilectus. de electione. & ideo dic, credendum esse notario, ēt si plures testes ɔ̃trium deponant, casus est in c. ad audientiam. extra de præscrip. & ita determinat Spec. in ti. de testamento. §. j. ver. Sed pone, ecce iudex, & de instr. editione. §. restat. & vide Io. And. versi. quid si cū attestationes, facit, quod no. Inno. in c. cum Ioannes. de fide instr. & fuit questio domini Bar. Brixien. Quomodo ergo probabitur, φ notarius aliter scripserit, quam ipsi dixerint, cum ipsi recipiantur in secreto, vt no. in l. si quando. C. de testi. Respondeo, φ probari pōt per aliam scripturā notarii, puta si in originali scriptura scripsit vnum, postea cum ipsam extēdit, scripserit aliud, nam tunc apparet falsarius, ut j. eod. l. eos; standum est n. originali, in Auth. de Tabel. §. pen. & ar. l. si quis ex argentariis. § fi. s̄. de edē. & quod no. in l. si librarius. j. de reg. iur. per Bar. & per eundem in l. Caius. de leg. a. quod est uerum, si scieter, & dolose ɔ̃trias scripturas confecit ex dictis testium. Secus si per errorē aliqđ verbū obscurum testium in prima scriptura positum exponeret in secunda, & licet hoc facere non debeat, non tamen committit falsum, q̄a sine dolo. C. eo. l. erroris, & istud facit in fine videre meo, Pau. de Cast.

LEX PRIMA.

POena legis.

Item qui ob. Qui pecuniam recipit, vt falsam aduocationē vel testimoniū faciat, vel fieri facit, vel quomodo de hoc pactus sit, punitur per senatusconsu. volusia. De quo habetur in l. ex senatus. s̄. tit. tertio, φ punit illos, qui societatem inter se coeunt aduersus innocentem, adde φ ēt punitur l. Cor. de Fal. ut congruat iste ver. ti. pnīī ēt l. Cor. de sic. vel pœna talionis, si cā erat criminalis. s̄. de sic. l. j. in princ. & §. j. tenetur etiam crimine concussionis. s̄. de concu. l. 2. Paul.

1 *Testimonium verum vendi non debet, sicut nec rectum iudicium.*
Testis, & iudex pro vtraq. consistunt parte. nu. 2.
2 *Aduocatus, & iurisperitus, an patrocinium licitè vendant.*
3 *Iudicem corrupens, ut falsam ferat sententiam, falsum committit. Et tunc, qua pœna puniatur. Et item iudex qui accepta pecunia falsum iudicauit.*

Ver. Sed si quis. Falsum committit notarius, qui pecuniam recipit, ut referat iudici aliquos tulisse testimonium, qui non tulerunt, vel non tulisse. qui tulerunt falsum. Idem in eo qui recipit pecuniam, ut testimoniū dicat, vel non dicat, uel iudicē corrumpat. Item ēt in iudice, qui scienter contra l. pronunciat. h. d. notabiliter. ob Dicendum ēt
1 uerum testimonium. Non † enim licet vendere uerum testimonium, sicut nec iudici licitum est uendere uerum iudicium, & uterque falsum committit. 11. quæ. 3. non licet, & 14 q. quinta. non sane, & sic not. tertium modum committendi falsitatem. s.
2 cum ueritas uenditur. Aduocatus † aut, uel iurisperitus bñ pōt uendere iustum patrocinium, uel iustum consilium, ut d. ca. non licet, nam ipsi pro una tantum parte consistunt, sed iudex, & testis pro utraq. dicit tamen gl. in d. c. non licet. φ si sine magno labore pōt dare consilium, non reuoluendo libros, nec laborādo in perlegendis allegationib. φ gratia tenentur subuenire. Vel nō dicendum. Not. quartum modum committendi falsitatem. s. cū celatur ueritas, hoc uerum est in trib. casib tantum. Primus cū celatur cum periurio, cum testis iuratus veritatem nō dicat, puta, φ dicit se non recordari, cum recordetur. C. de epis. & cler. l. presbyteri. ubi casus. Secundus est cum adhuc non iurauit, sed requiritur, ut testimonium dicat, & non uult, & ueritas aliter non pōt reperiri, quia non sunt alii testes, nam etiam tunc falsum cōmittitur, per Inno. in c. j. extra de fal. in una apostilla. Tertius casus est, cum aliter reperiri potest, sed ipse cœpit pecuniam, ut nō testificetur, nam hoc ipso falsum committit. & iste est casus hic, & h. d. Bar. φ si aliquis non uult uenire ad testimonium ferendum, cautela est, φ iudex faciat inquisitionem ɔ̃ eum, φ pecuniam recepit, ut non testificetur, & ipse hoc timore ductus ueniet, extra hos casus, qui non vult dicere veritatem, non committit falsum, ar. C. de sut. l. in ciuile. cum ibi no. Sed forte alias teneretur crimine stellionatus, uel de dolo ad interesse partis. Corrumpiē. s. dan
3 do pecuniam, ut ueram, uel falsam ferat sniam, † & talis primo committit falsum: vt hic. Itē perdit, quod dedit, ut l. 3. § j. de cōdi. ob tur. causam. Item cater commodo sniæ. C. qñ prouo. non est necesse. l. venales. Qualiter autem puniatur iudex, qui pecuniā recipit, uidebitur in l. j. j. ad l. Iul. pec. Neglexerit. s. scienter, sed si ignoranter, tunc faceret litem suam, & tenetur actione in factum l. j. de ua. & extraor. cognitionib. Pau. de Cast.

§. Ad testamenta. Qui legatum, uel fideicommissum sibi ascribit in testamento ēt militis per senatusc. punitur pœna l. Corn. si testator se postea subscripserit, & legatū approbauerit, quo casu si fuit seruus, vel filius, qui sibi ascripsit, sufficit generalis subscriptio, sed si fuit extraneus, requiritur specialis. h. d. Militum, dic etiam videbaē cōtra per l. j. s̄. de test. mil. ubi milites possunt testari quomodo volunt, & qūo possunt. Sed certe illud priuilegium non extenditē ad extraneos, vt hic. & l. in fraudem. §. si quis. & ibi no. in glo. s̄. de testa. mil. Bar. Legatum, vel quodcunq. aliud emolumentum, vt j. eo. l. si quis legatum. §. institutus. & hoc si sibi, vel alteri per eius persooam acquiratur, alias non, vt j. eo. l. impuberem. p totam. Ascripserunt sine iussu testatoris, alias non esset verum falsum, & non punietur per senatusc. pœna l. Corneliæ, & sic intelige principium gl. quæ incipit, siue extraneus, & hoc verum, si sequatur subscriptio testatoris, nam tūc distinguitur, vt seqtur. In glo. extraneus, quando dicit Sol. vt ibi, dic, φ ibi loquitur in filio emancipato ascribente sibi hæreditatem: quæ sibi erat debita etiam nullo facto testamento, hic in legato, & fideicommisso, quod non est sibi debitū, & idem esset in hæreditate, si plus sibi ascriberet, q̃ deberetur per eandem rationem, Bar In gl. subscriptio. finis gl. est contra tex. expresse, quia tex. nominat psonam, & constitutionem specialem prin. vide l. si quis mihi bona. §. iussum. & l. si Titius. de liber. & postum. per Bartolum. Paulus de Castro.

1 *Vendens rem alij venditam, vel alij obligatam rursus alij obligans in quod crimen incidat, & qua pœna plectendus sit.*

§. Tutores. Illi, quorum bona propter administrationē tutelæ, vel curæ sunt obligata, non debent hoc tacitè cum fisco contrahere, φ si fecerunt per senatusconſ. puniuntur de quasi falso, & hoc si viuit ille, cuius administrationem gesserūt, alias secus. Item qui in fiscalem contractum iure hrđitario successerūt, hac pœna non tenentur. h. d. vsq. ad § fina. Tex. in ver. obrepserit. s. tacendo, nam si mentiendo, tunc punirentur de vero falso. j. eodem l. & si quis. ibi obrepserit, tacēdo, vero non semper committitur falsum, vt dixi eadem. l. versi. sed si quis, in verbo, non dicendū, sed quasi falsum committitur in ca-
1 su speciali, cum fiscus decipitur. Et not. † φ interdum, quis rem vni venditam, vel donatam alteri vendit, & tunc punitur, pœna falsi infra eodem qui duobus. Interdum rem obligatam vni, obligat alteri, vel vendit, & tunc aut asserit nulli fore obligatam, & idem infra eodem l. si a debitore. aut hoc tacet, & tunc tantum in casu speciali istius §. committitur quasi falsum, cum contrahit scilicet cum fisco, & sic bona sua tacite obligando, quæ primo erant tacite obligata propter administrationem tutelæ, vel curæ. Si autem contrahit, seu obligat extraneo, aut ipse primo obligauerat expresse, & punitur crimine stellionatus. supra de crimine stellionatus. l. tertia. Aut erant tacitè obligata, & tunc idem puto, si sciebat ius, & factum. Sed si ignorabat etiā ius tantum, tunc in nullo punitur, quia iuris error excusat a dolo, pro quo tantum imponitur pœna criminis stellionatus. sup. de arbit. l. prima. Et nota. in l. prima. in fin. magnæ glo. si quis ius

dicen.

dicent. non obiemp. Iure eum contrahere, ideo est, quia tacita hypotheca, quam habet pupillus in bonis tutoris, non extendit ad hæredem. ff. de adm. tu. l. ex pluribus. & sic fiscus in nullo decipitur. Paul.

L E X III.

Qui ignorans. Non videtur quis renuntiare iuri, quod ignorat sibi competere. h. d. concord. sunt in gl. s. dist. C. de facto, ex quo te vera testamentum erat falsum. Si autem non erat, sed putabatur, tunc sertia solutiones, quæ ponuntur in prima gl. Prohibetur. Sed quid si sciebat? dic idem, quia non est in eius voluntate approbare, vel improbare, quod falsum est: secus si ex eius voluntate dependeret, ut si essent cause præteritionis, vel exhæredationis, quia tunc consequendo aliquid videtur approbare, hæc distinctio ponitur in l. post legatum. ff. de his quib. ut indig. licet autem non videatur approbare testamentum, videtur tamen repudiare hæreditatem ab intestato ex quo scienter ex inutili testamento legatum consequitur. ff. de acq. hæred. l. Clodius. secundum gl. Pau. de Cast.

L E X IIII.

Si quis. Turpia lucra sunt ab hæred. extorquenda, & quando legata auferuntur ab indigno, quod penes ipsum remansurum erat, remanet penes fiscum, quod autem alteri restiturus erat fiscus restituet. No. quæ dicta sunt.

L E X V.

Senatus. Iussus patris excusat filium a pœna falsi, qui aliquod commodum in testamento sua manu sibi ascripsit.

L E X VI.

Si quis legatum. Licèt legatum vel fideicommissum sit inutile a principio, vel ex postfacto, tamen ascribens sibi punitur pœna falsi, dummodo testamentum fuerit perfectum quo ad solennitatem testium secundum gl. vel quo ad voluntatem, vt l. si is qui. ff. de test. Sed Bar. oo. hic tex. quod testamentum, in quo filius est præteritus, est aliquod, si interuenit ibi solennitas debita. Sed istud est verum quo ad formam, non quo ad substantiam. Effectus primi. s. quo ad formam est, quod habet locum senatusc. pœna, & interdictum de tab. exhiben. vt hic. Effectus secundus est, quod non impeditur ex eo hæreditatem ab intestato deferri, ut l. j. in fi. si ta. test. nullæ exta. Sed alij dicunt, quod valet de iure prætorio, non de iure ciuili. Sed ista est vna truffa, quia si valeret de iure prætorio, competeret ex eo secundum tabu. statim, & per consequens contra tabulas non, quia non concurrit cum secundum tab. l. 2. §. expectandi. de bo. po. secundum tab. & tamen istud est secundum, quia statim datur contra tab. vel l. is qui. ff. de leg. præstan. & l. si duo. non. n. potest eodem iure ualere, & non valere. Sed ex eo, quod datur contra tabu. dicitur non valere de iure prætorio, ergo dicis ipsum valere, contradicis tibi ipsi, & ista est ratio uiua contra multos. Item no. hic maiorem esse defectum formæ, quam substantiæ, quia instituere, vel exhæredare filium est de substantia, non de forma facit l. an inutilis. de acc. & quod ibi no.

§. Si patronus. Ascribens sibi quasi debitum de iure ciuili tantum perdit illud, secus si ascribat sibi verum debitum. h. d. tex. Item secus si ascribat sibi, quasi debitum de iure ciuili, & naturali, ita intelligitur gl. quæ incipit secus, coniuncta gl. quæ est in l. cum emancipata. C. de iuris, & fac. ignor. Præmitte, quod quarta debetur patrono in bonis liberti de iure prætorio tantum. Not. hic circa glos. quod magis debetur quarta patri in bonis filii, quam patrono in bonis liberti, quia patri debetur iure prætorio. & naturali, vt l. eum.

L E X VII.

Nullo modo. Ista l. h. d. serui non possunt esse in iudicio contra dominum, nisi in causa testamenti suppressi, in quo libertas erat eis relicta. h. d. Adde, quod no. in l. his nulla. ff. de iudi.

L E X VIII.

Quicunque. Non summatur. In gl. ad bestias, in fi. dic, ut ibi dic, quod ibi loquitur de falsatorib. s. de falsu fabricantib. ex toto, quo casu si pecunia erat ciuitatis. s. forma punitur pœna l. primæ, sed si erat principis, punitur pœna l. secundæ. Sed hic loquitur de his, qui aliter monetam falsificant secundum Bar.

L E X IX.

a *Aurifabri, qui vasa argentea non pura, & ex argento solida faciunt quæ pro vere argenteis vendunt, qua pœna teneantur.*

LEx Cornelia. Pœna falsi tenetur qui falsificat aurum, vel pecuniam, & qui non prohibet, & idem in eo, qui stanneos nummos stanneos, vel plumbeos emit, aut vendit. hoc dicit vsque ad §. pœna. Vitiis, dic, quia immiscuit aliam materiam: puta argentum.
1 vel auricalchum, ut maior esset massa auri. Et not. † secundum contra aurifices, qui non faciunt vasa de liga, & forma debita, vt teneantur pœna falsi. Item no. contra tabernarios, qui exposuerunt vinum venale immiscentes aquam in dolio, vel aliud non ita bonum vt teneantur pœna falsi. Conformauit, i. fabricauerit, adde dicto superiori l. sacculari: circa prin. ff. de extraor. cri. & de crimine stell. l. 1. §. 1 vel dic fabricauerit. i. destruxit, vt quia bonam monetam de puro argento destruxit, vt reficeret aliam de non puro, Posset, ut quia habebat eum in sua potestate. ff. de nos. l. in delictis. in prin. & de dam. inf. l. fluminum. §. quæsitum. & de insa. l. quid ergo. in prin. uel quia erat alias subditus suus, in quem habebat correctionem. Quid autem si non potest prohibere quis aliquem delinquentem? vide quod no. in l. culpa caret. de reg. iur. & de iul. & iure. l. ut uim. Dolo malo, ut expendantur pro bonis Secus si non dolo, vt puta si emit nummos aptos ad calculandum, dicunt tamen Doct. quod illi nummi non debent fabricari forma publica. Ex hoc patet, quod expendens falsam monetam scienter punitur pœna falsi, quod est uerum si erat plumbea, vel stannea, ut hic: alias punietur extraordinarie l. sacculari. de extraor. crimi. secundum Bar. qui dicit se plures per hoc expuisse a pœna falsi, licet in contrarium facit l. ff. prox. in uerbo, tinxerunt aliter intelligendo, quam gl.

§. Pœna. Committens falsum in aliqua scriptura, et circa testamentum, incidit in l. Corneliam. & idem in his, qui societatem coierunt ad falsa testimonia ferenda. h. d. Et no. quia in primo casu accusatio est publica, s. quando falsum committitur in aliquo instrumento, ut no. in l. j. sup. de publi. iudi. pro instrumento vero suppresso non est accusatio publica, nisi esset instrumentum testamenti, ut infra ead. l.

L E X X.

1 *Filiusfamilias notarius, an pro patre instrumentum conficere possit. Et quid pro matre.*

DE eo. Sicut pœna falsi tenetur qui legatum, vel fideicommissum sibi ascripsit, et si sit alterius potestati subiectus, & sic commodum non sit penes ipsum remansurum: ita etiam si ascribit illi, cuius eiusdem potestate subiectus est. h. d. Ar. huius l. dicit Dy. quod † filiusfamilias notarius non potest conficere instrumentum pro patre, sed pro matre sic, ut infra l. proxi. in fin. Sed istud videtur uerum, quando illud instrumentum esset omnino in fauorem patris, ut puta si sit instrumentum donationis: alias non videtur habere locum ratio legis, & istud puto uerum: vnde bene posset conficere instrumentum, quo pater alteri obligaretur: vel instrumentum uenditionis inter patrem, & alium factæ. No. circa gl. ibi, quod quilibet familiaris tenetur bonum facere, & bene tractare illum, qui eum sustentat.

a *Licitè factum per sequentem casum non efficitur illicitum.*

§. Illud. Qui legatum uel fideicommissum ascribit extraneo, vel illi, per quem sibi non quæritur in senatusc con. non incidit, licet illud in sua potestate post ea redeat. h. d. cum l. se. Ergo. ex isto §. quod † illud, quod licitè factum est, per sequentem
a casum, non efficitur illicitum. Per, quod dicit Dyn. quod si notarius fuit rogatus de aliquo instrumento pro Titio, cui postea successit, potest instrumentum conficere, & eo uti: quia sufficit, quod tempore, quo fuit rogatus ad ipsum emolumentum, non spectabat, quod perpetuo tenemendum secundum dominum Bartolum. Idem Ioan. Fa. C. de testi. l. omnib.

L E X XIII.

Falsi. Qui falsum nomen sibi fraudulenter asseruerat, pœna leg. Cor. tenetur. h. d. & idem in cognomine. h. d.

§. Ordine. Remotus ab ordine, vel deportatus ad certum tempus ob causam falsi instrumenti recitati finito tempore recuperat veterem dignitatem, & ad nouam potest aspirare. h. d. & hoc ideo, quia propter talem causam non debet ita acriter puniri, & ideo videtur secum dispensatum de infamia. Si autem cum eo non esset dispensatum, sed post tempus remaneret infamis: nec veterem recuperaret, neque ad nouam ascenderet. C. de dec. l. infamia. & no. sup. de insa. l. qui debere. §. pœna grauior. in gl. mag. & dic vt ibi, uel dic, quod ratio est, quia accusatus de falso instrumento recitato non est publici iudicii, sicut de suspecto. ff. eo. l. Paul. & ideo damnatus non efficitur infamis: secus si falsum instrumentum fecisset, ut no. sup. de pub. iud. l. i.

L E X XIIII.

Filius. Ista l. cum seq. loquitur de quasi falso hoc dicit. iussus patris non excusat filium emancipatum ascribentem sibi in testamento a pœna l. Corn. quia reputatur extraneus ti-

llus autem in potestate, & seruus propter iussum pr̄is, & dn̄i excusatur a pœna, & si subscriptio subsequať, etiam commodum, quod sibi ascripsit, consequetur. h. d. tex. cum glo. vsque ad §. seq. Q̃d excusantur. s. a pœna criminali. legata tamen non consequẽtur, nisi sequatur subscriptio. C. de his qui sibi ascribunt. l. a. & sic non requirit subscriptio quo ad hoc, vt euitet pœnã, sed ad hoc vt cõsequatur commodum bene requiritur subscriptio s̃m Dy.

1 *Persona principalis in testamento pro non scripta habita nocet omnibus, qui ex consequenti commodum forent asecuturi. Et quid si sint personæ duæ æquè principales.*

§.Sequens. Si ascribat quis seruo communi sibi, & alteri in testamento sub persona serui, tanq̃ pro non scripto legatum non consequitur: quoniam est inutile etiã quo ad socium. h. d. tex. Sed si ascribat sibi, & alteri. tunc est inutile pro portione subscribentis non pro portione alterius, cui acq
1 rit totum iure accrescendi. h. d. glo. Et † sic not. q̃ quando principalis persona cẽsetur pro non scripta, nocet alijs omnib. qui debebant per consequentiam commodum cõseq. Sed si sunt duæ personæ æquè principales, defectus vnius non nocet alteri, per q̃d determinatur, q̃ si notarius conficiat instrumenta principaliter in persona sua tm̃, sicut tale instrumẽtum est inutile sibi, ita, & alijs, qui poterant per consequentiam commodum cõsequi. Secus si conciplat in personam sui, & alterius æquè principaliter: q̃a non est tũc inutile quo ad personam alterius, sed suæ tm̃.

1 *Maritus seruum dotalem rectè manumittit.*
2 *Legatum pro non scripto habitum apud quem remaneat.*

§.Maritus. Patronus ascribens sibi in testõ liberti incidit in senatusc. quo ad pœnam: & legatum vxori p̃dit, nec ex hoc tenebitur, si libertus ille fuerat dotalis seruus, quia cum non consequitur, restituere non tenetur. h. d. Vel sic maritus non tenetur vxori ad legatum, quod in testamento liberti sibi ascripsit, qui fuerat seruus dotalis. h. d. p̃termitte quod habetur in l. dotalem cum plurib. sequentibus s̃. sol. mat. Primo ponit quæstionem. Secundo r̃nsionem. Tertio duas oppositiones, & ad quamlibet r̃ndet. Secunda ibi, responde. Tertia ibi, an.
2 Præmittendum † est etiam, q̃ maritus potest manumittere seruũ dotalem, quia est dñs, & sic est patronus: tamen quicquid consequitur tenetur reddere uxori sol. mat. & etiam quicquid potuit consequi, & non consequutus fuit propter sui negligentiã sine culpa in fraudem. Dic etiam si ascribat sibi debitam portionem vt l. si quis legatum. in fi. s̃. e. secus in filio, si portionem hæreditatis sibi debitam ascriberet, vt sequitur in ver. & filium. In pœnam edicti criminalem, & etiam legatum perdit. Filium emancipatũ, supple qui ascripsit sibi portionem in testamento patris sibi debitam. C. de his quib. si ascr. l. 1. secus si ascriberet sibi legatum, q̃a tunc non valeret, & puniretur, ut s̃. in prin. l. Postit. ſ. de iure ciuili, vt saltem non reddatur testamentum nullum: sed de iure prætorio non, quia competet sibi contra tabulas. Bonorum poss. si ipse se hæredem scripserit. Apud hæredem, cum onere fideicommissi, no. istum finem. Et no. primo, quod cum quis sibi ascribit, non distinguitur, an sit penes eum commodum remansurum, vel non. Sed indistinctè non valet in persona sua: secus est cum alteri ascribit, quia tunc bene distinguitur, an per illum quærať
2 sibi, & non valet, alias secus, vt ĩ. eo. l. impuberem. Vlterius † not. secundo, & tene menti, q̃ legatum pro non scripto remanet penes hæredem cum onere. Sed hoc est verum, quando defectus causatur in persona legatarii in ipso actu legandi: secus si erat prius, vt C. de cad. toll. l. 1. §. in primo. Paul.

L E X XV.

1 *Error iuris quem a quasi delicto non excuset. Et quid in vero delicto.*
2 *Subscriptio testatoris in testõ, quo quis sibi quid ascripsit, quatenus prosit.*

Diuus Claudius. Ista l. loquitur de quasi falso. Casus. Qui ascribit sibi in testamento alterius per se, vel alium ex edicto diui Claudij punitur pœna l. Corneliæ de fals. nec excusať propter ignorantiam iuris, si tamen testatoris subscriptio subsequatur, si quidem specialis est, in totum prodest: si vero generalis, prodest quo ad euitandam pœnam: sed quo ad legatum capiendum non prodest. h. d. usq. ad §. Item senatus. Edicto. i. facto ad confirmationem senatuscon. Liboniani, quo idem cauetur, s̃. eod. l. j. §. ad testamenta. & etiam ad suppletionem eius, ut patet in ea. l. §. Item senatus: versiculo, & quatenus. In uersiculo diuus
1 Pius rescripsit. No. † q̃ error iuris non excusat quem a quasi delicto, & est ratio, quia ibi non requiritur verus dolus, sed præsumptus, a quo dolo præsumpto sola iustissima causa excusat. casus est hic, & sup. de adm. tut. l. tutor qui repertorium. in princ. Sed a vero delicto, vel vero dolo excusat etiam ignorantia iuris, & quælibet causa etiam non iusta s̃. de iurisd. om. iud. l. si quis id q̃d § doli. & de amb. l. 1. & no. gl. in l. 1. in fi. gl. mag. supra si q̃s ius dicẽ. non obtemperauerit. Ignorantia uero facti excusat indistinctè. ĩ. de decretis ab ord. facien. d. l. fi. & quæ qualiter præsumatur uide c. cum tua, qui. ma. accu. poss. & de tur. & fac. igno. l. regula. §. 1. & C. de peri. tut. l. si tutor. Dictãte testatore, & ipso patre. uel domino mandante, ut no. s̃. eo. l. de eo. in prin in maiori gl. circa fi. alias. n. non esset in culpa, si filius, vel seruus sine mandato sibi ascriberet, vnde non puniretur. ĩ. ea. l. versiculo matri quoq. ipse tamen seruus, uel filius sic, d. l. de eo. in princ. Valere, & quo ad pœnam euitandam, & legatum capiendum, ut sup. eod. l. 1. §. in-
2 ter filium. Sed † generalis subscriptio non prodest quo ad legatũ. Sed quo ad ueniam facilius impetrandam a pœna, & hoc verũ in extraneo, sed in filio sufficit generalis quo ad utrunq. vt dicto §. inter filium.

1 *Substitutus Titio, si sine liberis decesserit ex p̃prio corpore natis, an si monasterium ingrediatur Titius, ad substitutionem veniat monasterium quasi substitutum.*

§.Item senatus. Seruus ascribens sibi libertatem & iussu domini non consequitur ipsã, nisi testatoris subscriptio subsequatur, quo casu non solum fideicommissariam, sed nec directam libertatem consequitur: & liberæ personæ propter iussum testatoris non excusantur, nisi necessitatem parendi habuerint, uel in nulla culpa fuerint: vel fuerit tales, quib. licitum sit ignorare ius. h. d. vsq. ad § si quis duob. Primo loquitur de seruo. Secundo de liberis hominib. Secunda ibi, q̃d tamen. Item prima diuiditur in duas, quia primo ponitur illud, quod cauetur in senatusc. secundo id, quod suppletum fuit per edictum diui Pij, secunda ibi, diuus Pius. Item secunda diuiditur, quia ponitur senatusc. uersiculo, quod tamen. Secundo ponunť tres exceptiones, quarum vna est in uersiculo quinto. alia in versiculo matri. alia in versiculo, idem in filia. Libertatem. i. fideicõmissariam, eatenus. i. quate, & idem in directa, ut sequitur. Videtur iste tex. est notabilis, & facit ad quæstionem, q̃ si testator hæredem suum grauauit ad aliquid faciendum, si faciat per alium fecisse, & etiam sua manu, ar. huius tex. & hæc vera in vltimis volũtatibus, quæ recipiunt interpretationem extensiuam, secus esset in statutis, q̃ non recipiunt extensionem. l. cessar. de pub. & l. constitutionib. ad municip. quia staretur uerbis, vt si esset statutum, q̃ tempore guerræ quilibet eat ad guerram in propria persona: si iret per famulum, vel aliam personam incideret in pœnam sta-
1 tuti, ar. l. 3. hæc vero. ff. de neg. gest. Item † facit iste notabilis §. ad quæstionem. primo si quis substituit Titio, si sine liberis decesserit ex proprio corpore procreatis, & ille intret monasterium, q̃ sit substitutum ipsum monasterium, etiam si dixerit ex proprio corpore procreatis, arg. huius tex quod est notandum.

§.Si quis duobus. Qui sibi hæreditatem in tertio gradu substitutionis ascribit, vel sub duab. conditionibus, non incidit in senatusc. h. d.

L E X XVI.

Paulus. Pro instrumento subrepto non est publica accusatio, nisi fuerit testamentum: & in quolibet instrumento, vel scriptura cõmitti potest falsitas circa testm̃ signando falsum, vel surripiendo, aut cẽlãdo, ne voluntas appareat. h. d. vsque ad l. cum quidam. In gl. super verbo, subtrahatur, hoc verũ si subtrahatur respectu certæ personæ, vt illa damnificetur sup. de fut. qui tabulas. sed si subtrahatur simpliciter, vt ueritas non appareat: tunc committitur falsum, vt in fi. l. hæc distinctio probatur in l. 3. §. si quis dolo. sup. de exhiben. In text. signasset: & est tunc accusatio publica. Insti. de pu. iud. §. Item. l. Cor. & not. s̃. de pu. iud. l. 2. in 3. glo. Literis publicis, quæ fidem facerent si essent veræ: alias secus, vt no. C. eo. l. damus. in glo. super uerbo priuata, & s̃. eo. l. si quis legatum. post princ. ibi nam, & falsum testamentum. Resignauerint, i. signum amouerint, vt fidem auferant scripturę, per quod no. q̃ illi, qui auferunt bullam de literis Papalib. dolose, committunt falsum secundum Bar.

L E X XVII.

Cum quidam. Legatum, quod quis sibi ascribit, remanet penes hęredem cum onere. h. d. & est casus, in quo pro non scripto remanet, cum onere tñ regulariter, ĩ. C. de cad. toll. §. in primo, ut dixi. §. eo. l. filius. in fin.

L E X XVIII.

1 *Impuberem ac seruum ad testamentum scribendum, immo quemlibet admitti, sed & fœmina quoque admittitur.*
2 *Pater num pro filio instrumentum conficere queat.*

Vxori

VXori. Maritus ascribens legatum vxori non punitur poena falsi. h. d. l. vsq. quia ista scriptura manu prodent vxori, de quo Dy. facit magnum festû, dicens non alibi ita benè reperiri, quia maritus notarius potest conficere instrumentum pro vxore. Sed tu dic, q nihil facit: nam hic loquitur de adhibito ad scribendum testm in
5 scriptis, in† quo quilibet admittitur & impubes, & seruus, vt j. e. l. impuberem, & s. de testa. l. seruus: & etiam foemina: & tamen prædicti non possunt esse tabelliones, nec conficere instrumentum publicum, cum illud sit officium publicum, quod non cõuenit pdictis, vt j. de reg. iu. l. a. in fin. & l. quod attinet: nam scriptura talium, non est illa, q fidem facit, sed testificatio testium: ipsi aũt vtunt nudo ministerio scripturæ, vt no. in l. a. C. quemadmodum testa. ape. in gl. nec recipit fidem ex ipso scribente: secus in instrumento publico: vnde maritus non posset fidem facere p vxore testificando: vt not. in l. a. C. de testib. sic nec instrumentũ conficiendo: nam & pr̃ filio emãcipato, vel militi ascribere põt. s. eo. l. si pater, & tamen non posset esse testis pro eo: vt C. de test. l. parentes. ergo nec instrumentum conficere: quod plus est. Præ
5 dicta † vera, nisi constaret, q consensu ambarum partium rogatus esset maritus, vel pr̃: quia tunc viderentur ipsum in hoc eligere, nec possent ipsum postea recusare: sicut nec iudex de consensu partium impetratus recusari põt, j. de appel. l. ex consensu, & extra de officio deleg. c. super quæstionem, circa fi.

5 *Arbitri compromissarij velut, & arbitratores si in se compromitti sinant, arbitrari coguntur.*

§.Qui se. Qui se tutorem ascribit, suspectus præsumitur. Si tamen iudex reperiat ipsum idoneum, confirmabit ipsum: & nõ recipiet officium ex testõ, sed ex edicto suo: nec se poterit excusare postq̃ semel consensit. h. d. no. Et adde, q talis non incidit in senatusc. quia non ascribit sibi commodum, sed onus, & hoc facit ad titulum. Præsumitur. non tamen est p̃sumptio iuris, & de iure, benè tamen admittitur probatio in cõtrarium vt statim sequitur. Approbetur. per inquisitionem iudicis ex edicto, & sic non erit tutor testamentarius, sed datiuus. Cõ
5 sensisse. No. † bonum tex ad arbitros compromissarios, uel ad arbitratores, ut si consentiant in se compromitti, arbitrari cogantur. Idem habes in l. 3. §. j. s̃. de arbi. alias autem si non consenseriot, non coguntur iuxta l. Nesennius. §. r. de excu. tute. & plenè no. in l. 1. s̃. de leg. 2. In glos. a. quando dicit fideicommissarium. i. executorem, qui fideicommissarius dicitur. Et no. gl. quæ æquiparat executorem, & tutorem simpl̃r. Gl. habes in l. tutelam plenumq. de tutelis. Et adde pro declaratione gl. q non est executor ex testamento, sed ex edicto prætoris. Et sic erit datiuus, nõ testamentarius: de quo loquitur l. 4. de ali. & cib. leg. Facit etiam istud ad testem, qui uenit sciscitando, q præsumitur suspectus, de quo not. in l. post legatum. de his quib. ut indig.

L E X XIX.

Qui falsam. Quæ sit falsa moneta, dicitur per Inn. in c. authoritate. de inst.

L E X XXI.

Qui duobus. Qui duob. eandem rem insolidum vendit, & qui iudicem corrumpit, falsum cõmittit. Sed leuius punitur, quam alij falsum committentes. h. d. vsq ad l. impube.

L E X XXII.

1 *Impubes notarius, an esse possit.*
2 *Dolus verus in quasi falso non requiritur.*

IMpuberem. Impubes sibi ascribens in testamento poena falsi non tenetur: quia a dolo præsumpto excusatur. h. d. l. impuberem ascribentem sibi in
1 testamẽto, & sic vr̃ q † impubes possit esse notarius: qd quidam dicunt per hãc l. sed falsum est, quia tale officium est publicũ: & ideo non cadit in impuberem. j. de re. iur. l. a. in fi. nec obst. ista litera in testamento in scriptis. adde q potest adhiberi etiam seruus, s̃. de testa. l. scriptura, quia talis scriptura non est publica, nec recipit authoritatem a scribente: sed a subscriptione, & depositione testium: & ideo quilibet admittitur: secus in scriptura publica, quæ accipit authoritatem a Tabellione secundum Dy. facit ad ea quæ dixi. s̃. eo. l. vxori. sed impubes potest esse miles. C. de test. mil. l. fi. Edictum diui Claudij. s̃. eo. l. diuus. Falsi, idest quasi falsi, quo ad propositum ut supra eo. l. j. in fi. per gl. Dolus ma-
2 lus. s. præsumptus. Nam† in quasi falso non requiritur verus dolus, sed præsumptus, ut patet s̃. ea. l. diuus. 2. responso. a quo dolo præsumpto excusatur pupillus, ut hic, & s̃. de eden. l. j. in fi. & no. gl. no. in l. veluti: in prin. eo. ti. quod dicut l. j. §. si aduersus. de no. ope. nun. per Dy. & Bar. & vide, quod ibi notatur omnino.

§.Si ei. Ascribens alteri non punitur si per illam personam sibi lucrum non quæritur, h. d. vsq. ad §. qui codicillos, & ponuntur sex exempla per ordinem. Incidere. Sed contra videtur: quia illud legatum tacitam habet conditionem, si reuertatur ab hostibus: & ideo videtur non incidere. s̃. eo. l. diuus. §. fi. sed ibi duplex erat conditio: hic una tantum, & sic non obstat. Existimetur, quia legatum est inutile, & sic non quæritur, & sic nota, q quando quis ascribit alteri, inspicitur euentus, an sibi q̃rat, vel non. Sed cum ascribit, sibi, inspicitur animus: vnde tenetur, & punitur etiam si legatum sit inutile. s̃. e. l. si quis legatum. Item in adoptionem dato, i. per ipsum ascribentem. Alteri fecerit, scilicet ipse ascribens.

1 *Dare quid alicui, aut eum ab eo quod debet exonerare, paria esse.*
2 *Legatum & ademptio in testamento respectu ascriptionis, an differant.*
3 *Principaliter actum spectandum, & si ex eo inconueniens sequatur.*

§.Qui codicillos. Non qui ascribendo sibi dat, sed qui datum affirmat, & etiam qui ab eo quod dare debebat, se exonerat in senatuscõ. incidit: secus in eo qui rem æstimabilem sibi ascribit. h. d. vsq. ad §. Itẽ non cõtinetur. Incidit. quia confirmando sibi dare videtur. Et sic no. q ille qui confirmat, dat. quod est verum, si datio esset inutilis sine confirmatione, vel si sine confirmatione parum operatur, ut no. in l. legitima. s̃ de pact. & adde bonum tex. cum gl. in l. ex his verbis. C. de don. inter virum & vxorem, & no. in l. r. j. de ver. sig. De
1 dent. No. † q paria sunt alicui dare, vel ab eo quod dare debebat ipsum exonerare, nam vtrobiq. videtur factus locupletior, quod est verum, si dare debebat notario. sup. de do. inter virum, & vxorem. l. qui dant. §. si vxor. secus si conongenter: vt eo. tit. l. si sponsus. §. concessa. Ademerit. quo casu valebit ademptio, si de volũ-
2 tate testatoris fecit, alias secus: vt sequitur. Et no. † differentiam inter legatum, & ademptionem: nam legatum etiam voluntate testatoris ascriptum non valet. sup. eo. l. filius. §. sequens quæstio. & hoc ne delictum suum sibi prosit. Sed ademptio voluntate testãtis facta ualet, licet illam ascribẽs sibi puniatur, & sic cõsequetur commodum ex eo, qd illicitè fecit. Sed hoc iõ ne delictũ suũ alteri, cui testator nocere voluit, principaliter prosit, licet ex illo
3 per pñam commodum sentiat, & † sic inspicitur, quod principaliter agitur, licet ex illo inconueniens sequatur. Pau. de Cast.

1 *Constitutionem poenalem ad casum similem pertrahi.*

§.Item non continetur. Ascribens sibi libertatem in testamẽto alterius non domini, incidit in edictum, sicut si ascribat sibi legatum, quia maior est ratio, licet verba senatusc. hoc non ptineant.
1 h. d. etiam† nota constitutionem poenalem extendi ad casum similem, vbi viget eadem, uel maior ratio, contra tamen hoc facit glo. in §. Item Inst. de act. Verbis. s. senatusc. Poenam. s. criminalẽ, & ciuilem: scilicet, q libertatem non cõsequatur, vt conueniat, quod sequitur. Sed criminalem euitat ex solo iussu sine subscriptione. sup. eo. l. filius. versi. excusatus. Pau. de Cast.

§.Si testamentarius. Quomodocũq. commodũ quis sibi ascribat, siue ex testamento, siue mortis causa capione, incidit in sen. consul. Secus si ascribat sibi damnum: & non videtur commodum sentire, qui rem tanti valoris erogat, quantum accipit h. d. Ad hoc vltimum vide l. ab omnib. in fi. de leg. r. vbi est tex. formalis, de cond. & demon. l. sed si hoc. §. 1. vt quia testator grauabat hæredem, q emeret seruum ipsius testamentarij. i. scribentis, & manumitteret. nam si pro pretio competenti, non sentit commodum ascribẽs: & ideo non punitur: secus si maiori, vt sequitur. Ab eo testamentario. s. per hæredem, in l. impuberem, in fi. in gl. fi. quando dicit. su. de bo. pol. contra tab. l. non pu. §. si quis sua manu. de quo dic, vt plene no. in l. si quando. C. de inoffi. testam. Paul.

L E X XXIII.

Quid sit falsum. Ista lex facit, q si in rescripto aliqd mendacium exprimatur, non cõmittitur falsum. Pau. de Cast.

L E X XXIIII.

